

ES
I
11349

STUDIENBIBLIOTHEK KLAGENFURT


11349


49' g. 41.


~~XL. g. 19.~~


Fur. Civilis


R
~~XVIII~~
AP














OBSERVATIONES
MAGICÆ

Theorico-Practicæ
OMNIBUS IN FORO VER-
SANTIBUS PERUTILES,

Non tantum Legibus, & Ordinationi
Carolinæ, sed & modernis locorum

Consuetudinibus accommodatae,

Novissimis etiam curiosisque Exemplis &

Casibus, illustrate, & duodecim Quæstio-

Residēc̄ib⁹ absolvit. Malleſanij

OPERA ET STYLUS

JOSEPHI VON KÖRNERI

UB KLAGENFURT



+L67515601

ES I 11349

„„„, LEVITICI cap. 19,
CUM PERMISSU SUPERIORUM.

FRANCOFURTI,

Apud GEORGIUM ERHARDUM
MARTZIUM. 1686.

I 11349

OBSERVATIONES
M A G I C Æ

Theorico-Præticæ
OMNIBUS IN FORO VER-
SANTIBUS PERUTILES,

Non tantum Legibus, & Ordinationi
Carolinæ , sed & modernis locorum

Consuētudinibus accommodatæ,
Novissimis etiam curiosisque Exemplis &

Casibus, illustratae, & duodecim Quæstio-
nes, residetib[us] absolut. *Millesimæ*
OPERA ET STYLIS
JOSEPHI KOTTER.
Loc. J. U. DOC FORT. 1686.

Judiciorum Salisbürgensium Advo-
cati , & quondam Archigrammatæ ibi-
dem, nunc verò Præfetti Calimontani
Archiducatus Carinthiaæ. 1724.
Non augurabimini , non observabitis so-
mnia, Levitici cap. 19.
CUM PERMISSU SUPERIORUM.

FRANCOFURTI,

Apud GEORGIUM ERHARDUM
MARTIUM. 1686.

I 11349



○ Præfatio ad Lectorem.

Nil minus quidem unquam in men-
tem mihi venit, quam alijs scri-
bere, qui de proprijs litteris aut
eruditione ipse nihil præsumo, quia ta-
men Officialium quidam, forensibus ne-
gotijs & tribunalibus deputati, discur-
sum de ijs informationem petierunt, id-
circò ut illorum desiderio facerent satis,
ea tantum collegi, quæ quotidie in foro
versantibus scitu summè necessaria sunt,
& ad notitiam acuratiorem viam ster-
nunt. Tu Lector benebole, sicubi erro-
rem deprehendis, non statim reprehен-
de, sed recogita, errare humanum esse.

S Y-

S Y N O P S I S
MATERIARUM
O B S E R V A T I O

I.

De Differentia Magiæ , & an re-
Etè capitali supplicio ple-
ctatur ?

II.

De genere pænæ , seu modo pu-
niendi Veneficos .

III.

Utrum dignitas Clericalis , No-
bilitas , bene merita , se-
xus vel ætas à pæna mor-
tis excuset ?

IV.

An & quatenus pænitentia Ma-
leficos à pænâ liberet ? V.

V.

Emigratio , seu Transportatio sa-
garum utrum sit somnium ,
& dæmonis delusio , vel
sanè possibilis , & reverà
contingens ?

VI.

Quid de coitu Sagarum cum dæ-
mone sentiendum ?

VII.

De Indicijs , ad capturam , &
quæstionem requisitis.

VIII.

De Captura , & Custodiâ Vene-
fitorum.

IX.

De quæstionibus & modo exa-
minandi Veneficos.

X. De

X.

De Veneficis confessum maleficium revocantibus.

XI.


An & quomodo in hoc crimine debeat constare de corpore delicti?

XII.

De Bonis Veneficorum Confiscandis, vel non Confiscandis.



QUÆ.



QVÆSTIO I.

*De Differentia Magiæ, &
an rectè morte puniatur?*

SUMMARIA.

1. *Explicatio utriusque Magiæ, & primò quid sit Magia naturalis?*
2. *Definitio Magia præternaturalis.*
3. *Crimine hoc contaminatos, iuxta diversam eorum professionem peculiaribus nominibus appellitari.*
4. *Familiarius hoc crimen fæminis, quam mæribus.*
5. *Fundamenta illorum, qui hoc delictum capitaliter plectendum non esse docuerunt.*
6. *Exempla quædam Melancholicorum.*
7. *Pena capitalis firmatur iure divino.*
8. *Ut & naturali.*
9. *Jure positivo humano.*
10. *Locorum Consuetudinibus.*

11. Carolina Constitutione.
12. Argumenta contraria diluuntur.
13. An possit introduci consuetudo quæ sit contra-
ria Carolinae Constitutioni?
14. An dicta Constitutio deroget Principum statu-
tis contrariis?
15. An pena arbitraria possit usque ad mortem
extendi?
16. Explicatur articulus 109. Carolinae Constitu-
tionis.

I.

Magiam aliam naturalem, sive li-
citam, aliam verò præternatu-
ralem, diabolicam, & illicitam
esse, conveniunt omnes tam Theologi
quam philosophi. Primò Magia na-
turalis non male describi potest, quod sit *Ars*
occupata in contemplatione rerum naturalium, *circumlatentes earum causas, vires, ef-*
fectus, & occultas operationes. Hinc Joa-
nnes Baptista Porta Philosophus Neapoliti-
anus in lib. I. cap. I. sui Tractatus (quod
opus curiosum iam decimo quinto ætatis
suæ anno scripsisse ipsem gloriat) Ma-
gos sapientes, & Magiam vocat sapienti-
am,

atti; & perfectam cognitionem rerum na-
turalium. Cumque mirabiles, & per-
tiles huius Magiae operationes sequantur
ex puris naturae principiis, neque ullis il-
la adiuvetur superstitionibus, præstigiis,
aut incantationibus non tantum impuni-
bilis est, sed potest etiam cum fructu, &
magna sæpe utilitate legentiuni adduci,
si modò caute, & reiectis quibusdam ca-
tiositatibus periculosis legatur. Unde au-
tem Magia hæc naturalis suum ditum, &
quid Magus naturalis scire necesse habeat,
videri potest præcitatus Joannes Baptista
Porta dicto cap. 1. & 2.

2. Altera Magiae species, scilicet præ-
ternaturalis, diabolica & illicita est illoru-
m, qui propriæ salutis immemores, &
à Fide Catholica deviantes, cum dæmo-
nibus, incubis, & succubis commerci-
um habent, ac suis incantationibus, cat-
aminibus, coniurationibus, aliisque he-
sandis superstitionibus, & sortilegiis, ex-
cessibus, criminibus, & delictis, mulie-
rum partus, animalium fœtus, terræ fru-
ges, vinearum uyas, & arborum fructus,

nec non homines, mulieres, pecora, po-
maria, prata, pascua, blada, frumenta,
& alia terræ legamina perire, suffocari, &
extingui faciunt, ventos, tonitrua, ful-
gura concitant, grandines, etiam pluvi-
as, & ariditates terræ causant, & tam
iumenta, quām homines ad imaginem
Dei creatos, dirissimis doloribus, & tor-
mentis excruciant, viros etiam impedi-
unt ne gignere, & mulieres ne concipere,
aut actus coniugales reddere valeant, pa-
cta cum dæmonibus faciunt, fidem præte-
rea ipsam, quam in sacro Baptismo susce-
perunt, ore Sacrilego abnegantes, quo-
rum studium describit Innocentius VIII.
in libri septimi decretalium lib. 5. tit. 12.
Quod genus Magorum olim, non tantum
in Lombardia sed etiam in nonnullis par-
tibus Alemaniae Superioris, nec non in
Moguntinensi, Coloniensi, Trevirensi,
Salisburgensi, & Bremensi Provinciis,
adèò grassabatur, ut Summi Pontifices ac-
curatissimas inquisitiones decernere com-
pellerentur.

3. Hoc crimine contaminati solent
iuxta

iuxta diversam eorum professionem peculiaribus nominibus appellitari. Alii enim incantatores vocantur, qui solâ cantatione carminis, aut characteris potentia nocent; alii Haruspices, & Necromantici dicuntur, qui ex temporum observationibus, futura prædicant, & intestina pecudum inspiciunt; alii Venefici, qui Veneno, & certis pharmacis, à dæmoni præparatis hominum, pecudūmque neci student; iterum alii præstigiatores, qui fascinationibus & captionibus inspicientium oculos decipiunt; & ultimo loco veniunt, Lamiæ, Sagæ, ac Stryges, quæ tempestates & tonitrua excitant, hominum pecudūmque mortem, & exitium procurantes, conventus, & synagogas diabolicas, ad quas in furcâ, baculis, aut scopis seruntur frequentantes, cum ipso etiam dæmons nefandam libidinem exercentes, & has solet Christophorus Besoldus in suo thesauro practico compellare,
*Hexen / Zauberinnen / Unholden quasi
ohne Huld / denen niemand hold ist.*

4. Quamvis cæterū crimen Veneri-
ficii, prout testatur Bissiolus horarum suc-
cessiuarum lib. 13, cap. 21. Familiarius sit
fæminis quam viris, contrarium tamen, &
masculorum numerus maior erat, in nu-
perâ inquisitione Salisburgensi, fortè quod
in illâ seductione dæmon uteretur mini-
sterio deß so genanten Zauberer - Jäggls/
qui Turbis puerorum frequentius se asso-
tiavit, & quod semel contaminati, sta-
tim contaminaverint alios, tum ex pue-
rili petulantia, quâ scire suum nihil repu-
tabant, nisi hoc suum scire, sciret & al-
ter, tum etiam, quod pueri (qui ex pacto
tenebantur seducere plures) diabolo repu-
tati sint aptius instrumentum, ad seducen-
dum, informandum, signandum, & assi-
stendum &c.

5. Sed ut ad propositum redeam,
quæritur: num tale Lamicarum Genus ca-
pitali pœnâ plectendum sit? in contrari-
um declinat Joannes Wierus, de præsti-
giatoribus Dæmonum, & complures alii
docentes: fabulosum esse, quidquid de
Magis prædicatur; quod autem hominum

quidam

quidam utriusque sexūs, tales videantur, id provenire ex eorum melancholia, gravissimis somniis, & imaginationibus, indeque eorum confessionibus, utpote minus verisimilibus, & improbabilibus atque adeò erroneis tantùm tutò stari haud posse.

Secundò: Quidquid hì melancholici supra vires naturæ facere videntur, esse correptiones sensuum, præstigia, figmenta, & puras illusiones diaboli, qui humanos sensus adeò præstringere valeat, ut esse appareat, quod non est, & ut hoc morbo sōntico affecti, videre, audire, & tangere aliquid p̄putent, quod tamen reverà nequè vident, nequè audiunt, nequè tangunt, comprobant hanc delusionum possibilitatem, exemplis eorum, qui calidissimis affecti febribus ita sensibus corrumpuntur, ut in phantasias, & imaginaciones stupendas, & lepidè narrandas prolabantur.

6. Tam vehementi melancholiâ etiam persæpè correpti vivunt homines solitarii, & qui in claustris Monasteriorum

delitescunt; prout ipse memini in quodam Conventu aliquem de facto existere, qui indubitate fide persuasum sibi habet, se in Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, nec non in Episcopi cuiusdam Consiliarium, & pœnitentiarium assumptum esse, ast omnia horum sibi ab invidis superioribus celari. Item in quodam Hospitali corruptorum fœminam novi, quæ se sanctam indubitate credit. Et de Monacho legitur, qui neque de cibo, neque de potu sumere voluit, eò quod mortuum se firmiter putaret, donec alius pariter se mortuum simulans de appositis cibis potuque sumpserit, ipsumque hoc modo ad mentem saniorem perduxerit. Simile exemplum legitur de alio, qui se in fictilem & fragilem urceum conversum obstinatè credidit, metuens sibi summopere, ne à quoppam frangeretur, unde prohibebat ne quis proprius accederet, petens etiam ut loco tutiori, quo ab iniurijs securus sit ponetur,

Tertio: Ratio & omne fundamentum pœnæ capitalis, si qua Magis, & Veneficis

cis infligenda esset, sequi necessariò de-
beret, vel ex damnis, quæ suis nefariis
carminibus, diris imprecationibus, chara-
cteribus, ceremonijs, & fascinis pecu-
dum, hominūmque saluti inferre: vel ex
pacto, quod cum dæmone inire, & vi illi-
jus se eidem mancipare dicuntur; atqui
neque ullum damnum sive iumentis, sive
hominibus hoc modo facere possunt, cùm
verborum imprecationum, formarūm-
que externarum per se nullus sit effectus,
aut vera physica operatio, neque etiam
verum pactum cum diabolo ineunt, cùm
hic, ut qui nihil juris in hominem, neque
usum loquelæ habet, verè pacisci non
possit, ideoqüe tale quorundam perversorum
hominum putativum pactum potius
conventio quædam ex dolo facta, quæ
veniam mereatur dicenda sit.

Quartò: vel certè si tam gravis pæna his
hominibus irroganda est, dici necessariò
debet quod quidquid fascini damique
Sagis imputatur, id omne Sagæ, saltē dæ-
monis ministerio perficiant, assensum
præbentes, atque sic locum faciant Re-

10 *Observationes Magicæ*

gulæ: *Quod quis per alium facit &c.* at vero
nè ipse quidem humani Generis inimicus
diabolus horum quid potest, ut cuius po-
testas cum labente lapsa, cuius Regnum
destructum, & vis omnis ligata est.

Quinto: Jura saltem Digestorum pæ-
nam capitalem statuentia, non de Ma-
gis sortilegis, Ariolis, Sagis, Strygibus,
seu de Veneficis diaboli ministerio uten-
tibus: sed de naturale veneficum facien-
tibus, seu qui veneno inficiunt, id est
propinato veneno malo hominis necem &
interitum procurant, wann einer dem an-
dern natürliches Gifft oder wie es Godel-
mannus lib. 1. cap. 7.n.8.nennet/ein Spä-
nisches Sipplein beybringenet / dardurch
schadet / oder jemand zu grund richtet /
welches auff natürliche Weise / durch na-
turliche Mittl / als Hūdrauch / arsenic
auripigment, Fliegen- Stubb / güsttige
Schwammen / vnd dergleichen vnd also
ohne Zauberer geschehen kan / vnd vil-
mals geschehet / & hoc modo accipitur
TO VENEFICUM in Titulo Digestorum
ad l. Cornel. de siccarius & veneficis, & in l.
caet.

cætera. 4. 2. mala medicamenta. 1. Familia
Erciscundæ.

Sextò: ipsa etiam Ordinatio seu Constitutio criminalis Catoli quinti articulo 109. illos tantum veneficos morte punit, qui realiter dampnum dant, reliquorum autem pænam arbitriam statuit, verba Constitutionis sunt hæc: So jemand denen Leuthen durch Zaubererey / Schaden oder Nachtheil zufügt / soll man ihm straffen vom Leben zu Todt / vnd man soll solche Straff mit dem Feur thun / wo aber jemand Zaubererey gebraucht / vnd damit niemand schaden gethan hätte / soll sonst gestraft werden / nach gelegenheit der Sachen.

Sed his omnibus non obstantibus imperterritè dico, pænam huic maleficio statutam, fundatam esse omni Jure, Divino, naturali, & positivo, item universali Germaniae Consuetudine.

7. Jure Divino. Exodi. 22. Maleficos non patieris vivere. Levitici. 19. Non augurabimini, non observabitis somnia, non declinetis ad magos, nec ab Ario.

Ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. & cap. 20. versi. 6. Anima quæ declinaverit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. & versic. 26. Vir sive mulier, in quibus est spiritus Bythonicus vel divinationis, morte moriatur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit supra illos. Deuteronomicon. 18. ibi: Aut qui Ariolos sciscitetur, aut observet somnia & auguria, ne sit maleficus, nec incantator, neque Pythones consulat aut Divinos. Reg. 4. c. 17. versic. 4. Servieruntque Baal, & consecraverunt filios suos, & filias suas per ignem, & Divinationi inserviebant, & augurūs, & tradiderunt se ut facerent malum coram Domino, & irritarent eum, iratusque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo &c. Jeremia capite. 15. vers. 4. Tu dereliquisti me dicit Dominus, retrorsum abüsti, & extendam manum super te, & interficiam te.

8. Juri Divino congruit lex naturæ, sic Ethnici & Gentiles, qui ductum naturæ pro lege custodiebant, huic maleficio irrogârunt pœnas capitales. Videatur Plato lib. 2. de legibus mortis pœnam decernens illis, qui sacrificiis, ligaturis, incantationibus, aliisve sortilegiis & fascinis nocent, & hominum neci student.

9. De Jure Codicis, & Institutionum hæc pœna non minus certa est, propter Textum in §. item lex. Cornelia de sicariis versiculo eadem lege: Inflit. de publ. Jud. ubi hæc habentur. Eadem lege & benefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam fujurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint. Similis, imò exasperatior poena in l. aruspex. 3. in verbis concremando illo aruspice. L. nemo aruspicem. L. multi. L. et si. Cod. de Maleficis & Mathematicis.

10. Firmatur hæc doctrina etiani consuetudinibus. Sic in Constitutione Eleitorali Saxonica hæc leguntur. So jemand in Vergessung seines Christlichen Glaubens/ mit dem Teuffel Verbünd-
nuß

nuß auffrichtet / vnbgehet / oder zu schaffen hat / daß dieselbe Person / ob sie gleich mit Zaubererÿ niemand Schaden zugefügt / mit dem Feir vom Leben zum Todt gericht vnd gestrafft werden solle.

11. His accedit Constitutio Carolina articulo 109. Quæ capitalis pæna tantò magis locum habet in iis, qui pactum vel expressum, vel implicitum cum dæmonie habent, fidem; quam in sacro Baptismo acceperunt abnegant, sacram Hostiam male tractant, blasphemias in Beatam Virginem reliquosque Sanctos fundunt, Imaginem Christi, & Sanctorum conspurcant & disvenerantur, diabolo homagium præstant, & eiusdem nefandâ venerè utuntur, aut etiam ipso utente se bestiis commiscent, aut incæstibus se comaculant, quæ singula reguraliter veneficorum malitiam comitari solent. Et hunc morem esse veneficorum didicij ex quorundam confessionibus in nuperâ inquisitione Salisburgensi, erant autem ferrim omnium depositiones in hunc modum.

Primo:

Primò: Nach dem er gesehen das R.
kleine Mausl / Räzen / Fäckl / vnd Käzl
in einer Menge machen könne / hab ihn
der Fürwiz auch darzu getrieben / wie er
dann solche Kunst zu wissen verlangt / vnd
zu dem Ende mit dem Fäggl vor der
Statt in die nechste Au auff die Seiten
gangen / alwo unversehens ein schwarzer
Mann gestanden / auch vnd schwarz An-
gesichts / vnd Clauen an Händen vnd
Füssen habent / diser habe ihne malefican-
ten vmb seinen Namen gefragt / vnd mit
einem bey sich gehabten Messerl einen
Schnid oder Zeichen in den kleinen fin-
ger linker Hand gemacht / das Blut auf-
gefangen / vnd seinen Namen mit diesem
Blut in ein schwarzes Buch eingeschri-
ben / ihne in aller Teuffels Namen anderst
getauft / vnd Sauspeck geheissen / sein
Tauff-Gott seye ein Teuffel gewest / vnd
hab ihne ein grosses Geld / so desz andern
Zags ein Roß Zürgl gewest / für ein
Tauffgeld geben.

Secundo: Warauff er die Heil. Drey-
faltigkeit / unser liebe Frau / vnd alle
Hei-

Heiligen verlaugnet / vnd sich dem Teuffl mit Leib vnd Seel verbunden / auch desme versprochen für daß keine gute Werck / in : oder außer der Kirchen zu ihm / sondern dem laidigen Sathan in allem Gehorsamb / vnd gewertig zu seyn / vnd andere auch unter sein Joch zubringen.

Tertiö: Wie er dann ohne vorhergehente heilige Weicht / zu zwey vnd mehr mahlen gleich auff / oder nach einander in diser vnd jener Kirchen die hochheilige Hostiam in seinen Mund empfangen / aber unvermörckt des Priesters vnd der umbstehenten gleich widerumben heraus / vnd in das schneiz Zichl gethan / mit sich vor die Thür hinauß ; vnd in obige Au getragen / daselbsten auf Anstiftung des Zauberer Täggl's vnd Teuffels mit dem Messer darein gestochen / bis das Blut häufig heraus geflossen.

Quarto: Wey solch übler Zürichtung der hochheiligen Hostia, habe er unsfern lieben HErrn einen Schelm / Galgen-Dieb / Narren / Henker : Unser liebe Frau

Frau aber eine Hex / Huer / lumpes
Weib / Närrin / vnd was er erdencken
können/ geheissen; mit diesen Gottslä-
sterlichen Beysatz: Gott vermöchte ih-
me nicht zu helffen / der Teuffel der sey
der rechte wahre Gott vnter denen ge-
stallten Brodt vnd Weins sey nur der
Teuffel / item habe er die Marter-Seu-
len / wie auch andere Gottes / vnd Hei-
ligen Bildnüssen / mit Roth vnd Stei-
nen geworffen / vnd verspottet. Auf sol-
cher Schmähung habe er von dem Teuf-
fel vnd seinem Anhang Lob vnd Ehr ge-
habt / vnd mehr als andere so die
Schmähung etwa also meisterlich nicht
vertichtet respectirt, vnd angesehen wor-
den.

Quintd: Die heilige Hostiam habe er
auch zu Zeiten in denen s. v. Schuhē /
oder wohl gar in denen partibus posteriori-
bus auff die Heren Tänze getragen /
allwo er vnd andere seines Gleichen /
vorderst dem Satan/ so auff einem hohen
Thron gesessen tieße Reverenz gemacht /
seinen Gott vnd Herrn genennet / die

Fuß vnd den Hindern geküsset/ angebetet/ vnd darauf die dahin geführte Hostiam, mit Messern/ vnd zugespistzen Hölzlein gestochen/ darauf hoffiert/ in das Roth eingegraben/ vnd im Unflath liegen lassen.

Sexto: Bey dieser Zusammenkunft/ vnd abscheulichen Zurichtung der hochheiligen Hostiae, habe er alle Gottslästerungen wiederhollen müssen; Hernach aber hätte sich ihre Kurzweil angefangen/ viel Tisch waren mit Speisen/ von Gesottenen/ vnd Gebratenen besetzt; vnd vom besten Wein tractirt worden; von denen übergeblichenen Speissen habe er ein Stuck Brätl eingeschoben/ so aber des andern Tags als er es geniessen wollen eins l. v. Roszürggl gewest/ doch were es über Tisch gemeiniglich finster/ vnd etwas hart in die Schüssel vnd Trinct-Geschier zu sehen gewest.

Septimo: Nach dem essen hätten sie mit einander/ vnd zwar ein ieder mit seiner Liebhaberin/ oder Liebhaber getanzt/ bald aber auf die Seiten gangen/ vnd

vnd mit denen Teufflen / als ihren vermeinten Liebhabern/ so ihnen der Teuffel für eine Braut zugestellet / die Unzucht etiam inversâ Venere getrieben / in dieser schändlichen Vermischung habe Delinquent, bald einen Succubum, bald Incubum vertreten / das vermeinte membrum , & immisam materiam falt: vnd nit sonderbahre Delectation empfunden. Alii etiam se calidum , & delectationem aliquam sensisse fatebantur. Er Delinquent habe auch sein leibliche Mutter vnd Schwester beschlaffen/ vnd nach dem Tanz mit beeden aus Antrieb vnd Beſelch desß bösen Feinds/ ungeziemliche Ge- meinschaft gehabt.

Octavò : Sie hätten zu desß Bösen-Feinds Gefallen auch so weit gelebt / daß ihnen dieser / das vermeint schamhafteste Glid / vnd ein unflättige materia in den Schlund hinab gelassen.

Nond : Zu Belohn- vnd Vergeltung dieses Gehorsams hab ihm der Teuffel ein graues Pulver zum Wetter machen/ vnd ein schwarzes zum Leuth vnd Vieh

tödtten / oder krümpen verehrt: masser er dann

Decimò: mit dem grauen Pulver / vnd etlichen darzu gesprochenen Worten / zwey Kistl Wetter / einen grossen Regen vnd Wind gemacht / so grosse Schäden in dem Getraib / vnd Wäldern gethan / Mit dem schwarzen Pulver aber / so er vnter der Stall-Thür eingegraben / vnd im Haß hin vnd wider niedergesträet / dem Westandt-Mayr zu N. zwey Pferd vnd 3. Kühe / theils erkümmet / theils gar ertödtet / vnd dem Herrn selbiges Vieches auch selbsten langwierige Krankheit / durch solch zauberische Mittel verursachet.

Vndecimò: Ingleichen habe er von dem bösen Geist eine Salben empfangen / wo mit er sich / vnd was er zum fahren gebrauchen wollen / angeschmierbt / vnd in Gespanschafft des gründigen Stöphls auff die Hexen Plätz / sonderlich in die Weinkeller gefahren / den Wein aufgewunken vnd in die Fässer hoffirt habe.

Duodecim^o: Unter dem Glocken Streich-
das ist / ad signum Salutationis Angelicæ,
habe das Gabel fahren keinen Fortgang
gehapt / wie ihme dann der Teuffel eins-
mahl im Goslinger Gericht / vnuweit des
Gottes Hauses zu Kuchl vnter wehren-
dem Mariæ leuten habe fallen lassen / vnd
am Enpe verlezt.

Decim^o tertio: Aus Befehl seines Lehr-
meisters / desß so genanten Zauberer
Jäggls / habe er eine Gaß / welche ih-
me dieser bey denen Hörnern gehalten
item eine Kuhe angegangen.

Decim^o quarto: Einer gewissen Baurin
im Stauffenegger Gericht / habe er auß
Ursachen sie ihm die gebettene Gab^e ab-
geschlagen / das Schmalz / worinnen sie
Krapfen gebacken / ober desß Kopffs
außfahren machen / sich darauff vnsich-
tig gemacht / in einen Hund verwand-
let / vnd vmb sich gebissen.

Si inquam Confessiones tales sint , &
delicto Magiæ etiam alia crimina acce-
dant, ut sunt crimen læse Maiestatis Divi-
na, Blasphemia, Idololatria, Sodomia,

Incæstus, nefarius cum diabolo coitus &c.
quis prudens dixerit mortis poenam locum
non habere?

12. Ad fundamenta Superius in contrarium adducta, responsio est facilis, & quidem Magiam hanc non esse purum somnium, imaginationem aut sensuum corruptionem, sed reverè eiusmodi Sortiarios, Ariolos, & Pythones existere, & iam olim extitisse, sacrarum literarum Authoritas nos convincit, facit etiam ratio, nam qui somniant, diversa somniant, & non semper, at Lamiæ semper, & statâ die, imò eadem fermè, & paulò differentia inter se. Christoph. Besold. *in thes. pract. pract. verbo Hexen: folio mibi 383.* Quamvis non negem hominem quorundam sensus ex morborum aut aliâ causa adeò persæpè corrupti, ut in stupendas, quandoque etiam lepidè narrandas phantasias prolabantur, iuxta relata superius in argumento secundo.

Ad tertium & quartum argumentum dico: Lamiaruni imprecations, & incanta-

cantationes per se quidem superstitiones esse, & effectum aut veram operationem non habere, nocere tamen Lamias diaboli ministerio, qui licet nihil iuris in homines habeat, multum tamen sibi iuris sumit, & si Deus permiserit in filiis inobedientiae, quos laqueis suos captivos tenet, impetrat, quod etiam sermone utatur, licet sibi non naturaliter indito, historia Adami *Genesis* 3. *Jobi cap. 1.* & ipsius Christi *Matth. cap. 4.* locuples testis est *Benedictus Carpzovius in Practica Criminale*, part. 1. quest. 48. num. 52. Amplius diaboli potestas probatur specialibus exemplis sacrarum literarum: nunquid enim potuit hic hominem surdum & mutum reddere? *Marc. cap. 9. Luc. cap. 13. Matth. cap. 9.* Morbos periculoſſimos infligere? *Job. cap. 2. & seqq.* Vulnerare? *Actoſ. cap. 19. 16.* Homines & pecora interficere? *Matth. cap. 8. vers. 32. Tob. cap. 6. vers. 19.* Bestiolas diversi generis, ut muscas, ericas, locustas, serpentes, ranas, pediculos, vermes, pulices, buffones, & mures producere? *Exod. cap. 7. vers. 19. cap. 8.*

vers. 5. 6. & 7. Sensus fallere? Matth. cap. 12. vers. 22. Phantasmata, visiones, & somnia terrifica obliicere? Sapientiae cap. 18. 17, 19. Syrach. cap. 34. vers. 3. 4. 5. 6. & 7. Actor. cap. 12. 15. Spectrorum monstris, fascinationibus, & larvis terre-
re? dicto cap. 17. vers. 3. 4. 7. 8. 9. Sapi-
entiae & Matth. cap. 14. 16. Actor. cap. 12.
15. Phantasmatibus populum Judai-
cum Jeremiae cap. 27. v. 9. 10. 11. Aegypti-
os, Saulum, & Prophetas decipere? Ju-
dam ad proditionem adigere? Luc. cap. 22.
per incantationem nocere? Syrach. cap.
12. 13. imò interficere? Tob. cap. 6. item
Deo permittente, ventum, tempestatem
& ignem in perniciem Jobi excitare? Job.
cap. 1. Nonnè hic potuit corpus huma-
num ex loco in locum deportare, & as-
sumere? Matth. cap. 4. Magna sanè pote-
stas Sathanæ est, qui in malis efficaciter
agit & operatur, qui deus sæculi, prin-
ceps mundi, potestas aëris, & dominus,
rectorque mundi est, in quo regnum su-
um habet,

Ad quintum argumentum dico: parum referre utrum hæc poena de Jure Digestorum vel potius de Jure Codicis aut Institutionum obtineat, imò tantò clariores quælibet est, quæ vel per Leges Codicis, vel per Textus Institutionum explicantur, cùm per utrumque Digestis derogatur, saltem etiam non alia vel mītior, vel acerbior poena, Sortiariis de Jure Digestorum sancita invenitur, ergo nulla horum Jurium repugnantia admittenda est, tanto minus, cum robur suum eadē die accēperint, & Digesta & Codex, & Institutiones L. 3. §. 23. Cod. de veteri Jure enucleando. Christophorus Klingensperger Professor Ingolstadiensis, in nuper edito Collegio Institutionum lib. I. in Proœmio pagina 11. At verò mortis poenam de Jure Institutionum & Codicis omnino obtinere superius ostensum est, & amplius clare ostenditur per Textum in 2. Lex Cornelia de Sicariis vers. eadē Lege Inst. de Publ. Jud. & per clarissimos Textus Codicis in L. Aruspex. L. nemo. & L. et si. de Malficiis & Mathematicis.

Ad argumentum ex Carolina deducatum iterum non difficilis est responsio, sit enim suus sensus dictæ Constitutionis in contrarium tamen imprimis est, plurimorum Consuetudo locorum, quæ non minus capitaliter plecit illos, qui nocuerunt, quam qui non nocuerunt.

13. Posse autem talem consuetudinem introduci etiam contra ipsam Caroli Ordinationem criminalem, dubitandum non est, uti meus olim colendissimus Professor Christophorus Bluemblacher, *in commentario ad Constitutionem Carolinam in proœmio pag. 6.* nervosè deduxit, sicut enim Doctores communiter docent, quod contra Jus commune Justinianæum introduci possit contraria consuetudo, per ea quæ tradit *Hunnius variar. resolut. Iuris Civilis lib. 1. tract. 1. quest. 27.* Joann. Schneidwin §. *sine scripto. Institutis de Jure Nat. Gent. & Civil.* Ita rationabiliter introduci potest contra Ordinationem Carolinam, quæ vim iuris communis habet, tum ob paritatis rationem, tum quod nulla in Carolina Constitutione de hoc prohibitio-

contiu-

contineatur, Doctor Bluemblacher citato loco. Facit quod consuetudo hæc & pœna mortis, etiam in illis, qui non nocuerunt iam dudum ante Constitutionem Carolinam passim viguerit, ergo per dictam constitutionem in hoc passu plurimorum locorum consuetudinibus nullatenus fuit derogatum.

14. Neque etiam Imperator Carolus derogare voluit, ut patet ex proœmio, & clarissimis ipsius Constitutionis verbis: Doch wollen wir durch diese gnädige Erinnerung / Churfürsten / Fürsten / vnd Ständen / an ihrem alten woll hergebrachten rechtmessigen vnd bisslichen Gebräuchen nichts benommen haben.

15. Secundò licet pœna (intellige in illis, qui non nocuerunt) in dicta Constitutione Carolina videatur arbitraria, non tamen inde sequitur, ergo illam capitalem non esse, cùm pœna arbitraria ad mortem usque extendi queat, ita Doctores communiter, & Glossa in §. summa. verbo extra ordinaria. Institutis de injuriis. Jason in l. qui Juridic. 10. n. 3. ff. de Jurisdictionibus. Bartolus

volvi in l. ult. n. 3. Cod. de privatis delicti, &
 in l. ult. ff. ubi pupilli educari debeant. Bal-
 dus in l. quicunque columnâ 5. vers. scias. Cod.
 de servis fugitivis. Fel. in. cap. exc litteris de
 Constitutionibꝫ. Matthæus Wessenbecius. Ni-
 colaus Reisnerius. & alij quām plurimi alle-
 gati à Prospero Farinatio in præxi criminali
 lib. I. Tis. 3. quæst. 17. n. 34. contra Carp-
 zovium parte. 3. q. 133. n. 19. attentâ si-
 quidem huitis criminis atrocitate, non vi-
 deo quomodo pñæ capitalis mitigatio
 locum habere queat, ni velit Jūdex per
 hanc veniæ facilitatem & pñæ remissio-
 nem, incentivam tribuere delinquenti-
 bus, sponte alios provocare ad similis de-
 licti contagium, cùm plurimum econtra
 expediat, pñam reformidari, nè scilicet
 homines ad maleficia temerè prosiliant,
 sed potius ut inde emendentur, & pecca-
 re oderint, saltem formidine pñæ, si
 non virtutis amore, scientes, scà mortis
 pñæ nunquam securos.

16. Tertiò aliqui Doctorum non
 male in eâ sunt sententia, per ista verba Ca-
 rolinæ: Wo aber jemand Zauberer ge-
 braucht/

braucht / vnd damit niemand Schaden
gerhan hätte / soll sonst gestraft werden/
nach Gelegenheit der Sachen. pñam
mortis non excludi , sed mitigari tantum ,
quarens si non nocuerint exasperatio pñ-
næ scilicet ignis , non tamen capit is remis-
sa videatur , duplex est enim sensus præce-
dens , scilicet pñam decerni debere capi-
talem , & quidem pñam ignis . Mihi ve-
rò videtur dictam Constitutionem , neque
ad talem inclinare mitigationem , dum ex-
pressè statuit pñam pro quantitate & qua-
litate facti (nach Gelegenheit der Sachen)
ex arbitrio Judicis , Magis & beneficis ir-
rogandam esse , & non solumodo eum
casum , quo nullum damnum maleficio
datum fuit , sed & circumstantias alias , a-
nimirum pactum cum diabolo inierint Sa-
gæ , nefandâ eius Venere utendo , Christi
fidem abnegando &c. considerandas esse ,
pro quorum qualitate quamvis nocitum
non sit , pñna mortis non tantum indubi-
tatè locum habet , sed imò potest hæc us-
que ad ignis supplicium extendi , videatur
Jus Saxonicum lib. 2. artie. 13. ibi: Welches

Chri-

Christen Mann oder Weib vnglaublich
ist/oder mit Zaubereru vmbgchet/ oder mit
Verküstung/vnd derē/ überwundē wird
die soll man auff einer Horten brennen.

QUÆSTIO II.

De modo puniendi Veneficos.

SUMMARIA.

1. Pro varietate delictorum varia esse panarum genera.
2. Referuntur varia pana.
3. Ad pacta expressa cum diabolo maximè refficiendum.
4. Pactum cum dæmone esse duplex: & quid sit pactum expressum, explicatur.
5. Notæ & stigmata, quibus dæmon sibi mancipatos signare solet.
6. Pactum Implicitum quid?
7. Impostura Zingarorum.
8. An & quibus medijs uti liceat, aduersus iniurias Tempestatum?
9. Qui sortiariis annumerandi sint?
10. Panam illorum extra ordinariam esse.

11. Secūs si damna inferant.

12. Ampliatur.

I.

Sicuti benemeritis sua premia, sic criminibus sue penae constitutae sunt, & provarietate delictorum, variæ quoque; penae, & tormentorum genera infligi consueverunt. Sic in Jure communi, & Carolina Constitutione suas certas penas habent, blasphemia, perjurium, Sodomia, incastus, raptus, stuprum violentum, polygamia, lenocinium, adulterium, crimen falsi, & perduellionis, homicidium, latrocinium, paricidium &c. at verò veneficū, seu Magiæ pena, neque in Jure communi, neque in dictâ Constitutione Carolina satis expressa videtur.

2. In Jure quidem Iustinianæ Magi quandoque simpliciter capite damnantur, non expresso genere penæ ut in *S. item Lex Cornelia de sicariis Inst. de pub. Jud. & l. nemo Aruspicem. §. finali vers.* etenim suppicio capit*is Cod. de maleficiis & mathematicis.* alibi supplicium ignis, & confiscatio bonorum in Magos statuitur, ut in *l. nullus Aruspex*

Spex Cod. dicto lit. alibi Venefici ferale peste
absumi jubentur, ut in l. multi. *Cod. eodem*
iterum alibi prædicti aculeo unguisque sul-
cantibus latera pœnas perferunt, proprio
dignas facinore l. *Etsi excepta Cod. dicto loco.*
sic quoque Ordinatio Caroli quinti, art.
109. uno tantum casu, quo videlicet no-
citum fuerit, pœnas ignis determinat, ex-
tra hunc casum autem Jureperitos confu-
lere jubet. Ibi: Darinnen die Urtheiller
Raths gebrauchen sollen. De jure verò
Saxonico, indistinctè sive nocitum fuerit,
sive non, pœna ignis irrogatur, tam fæ-
minis, quam viris, alibi fæminæ simplici-
ter aquis merguntur, ut maximè autem
in Imperio Romano venefici atque Magi
flammis concremantur. Teste Carpzovio
parte. I. quæst. 49. n. 9. & Joanne Geor-
gio Godelmanno in Tractatu de Magis,
Veneficis & Lamiis lib. 3. cap. 11. n. 17. In
Archiepiscopatu Salisburgensi non omnes
iisdem Tormentis coercebantur, sed ali-
qui flammis consumebantur, plurimi
verò, & Fæminæ quidem provectionis æta-
tis, omnes strangulabantur, pars quoque
gladio

gladio, aut etiam securi mit dem Fallpeil feriebatur; quod posterius instrumentum tanquam omnium securissimum. & expeditissimum pro junioribus studio adinventum, & ideo bene visum fuit, quia pueruli ob corporis sui levitatem istum gladij vix sustinent, ut non ante, quam caput de cervice solvatur, è sella in terram rapiantur, infelici executione.

III. Cæterū Domini Judices Salisburgenses, valde prudenter ut plurimum ad paœta veneficorum maximè expressa respercerunt, cum enim in his occultis delictis probatio difficultis sit, sœpè etiam labor vanus in veritate inquirendâ, emigrationes quoque, seu transvectiones sagarum non semper certæ, concitatio ventorum, & tempestatum naturaliter possibilis & per se contingens, damna etiam, quæ facere putant venefici, rariùs verificentur, & alij nefarij actus in conventibus illorum valde dubiosi, & somniis quandoque non absimiles sint, quis tutò certum quid deliberabit, aut pœnam absque trepidatione statuet?

4. Pactio autem cum dæmone duplex est: una expressa, quam faciunt Magi, qui diabolum tanquam suum Deum adorant, séque ipsi mancipant, & totaliter tradunt, hancque pactionem, alijs professionem sortilegij expressam nuncupant, scilicet enim tales se ad dæmones convertunt, DEum derelinquentes, opem diaboli & consilium eius implorantes, & verbis expressis Creatori suo Fideique Christianæ renuntiantes; & tales dicuntur propriæ Magi, Præstigiatores, Stryges, Lamiæ, vel Sagæ, & de taliter paçiscentibus pæna ignis, multò magis mitior pæna ut gladij, absque ullo periculo iniustitiæ sumi potest, quia pactio hæc cum dæmone, non sicut alia, quæ de Magis referuntur, dubia est, & incerta, sed experientiâ teste, & multorum confessionibus comprobata est.

5. Utque de veneficis minus dubites, num verè tales sint, nosse oportet diabolum certas notas Lamiatum corporibus imprimere, interdum satis conspicuas, ut in humeris, in fæmore, in genis, maxillis, aut etiam in summa fronte, occipi-

te,

te; inspectore, in digitis, in aperta manu
&c. interdum minus conspicuas; in locis
absconditis, ut intra labia & linguam, sub
axillis, sub palpebris & parribus etiam pu-
dendis, quæ cicatrices & stigmata regula-
riter prorsus exanguia, & sensu ita labefac-
tata reperiuntur, ut ne alcum immissa
acus sentire faciat; non figura loquor,
ad experientiam mihi adhuc probè notam
provoco, quam ipsam quoque testatur,
Carpzoyius part. I. quest. 48. num. 51.
Hinc optimè faciunt, quibus examinis
cura committitur, si suspectis de venesi-
cio, per publicos Justitiae Ministros durch-
die Gerichts-Leuth / vel etiam per carnifi-
ces ante omnia vestes detrahi, & capillos
non tantum capitum, sed & reliqui corpo-
ris detonderi, & demum omnia stigmata
& cicatrices accuratissimè examinari faci-
ant, quomodo? quâ occasione? ex quâ
causa? & à quo? quælibet illarum nota-
rum huic corporis parti impressa fuerit?
hoc tamen discriminé servato, ut fæminis
fæmina, & viris viri deputentur.

36 Observationes Magicæ.

6. Altera species pactionis cum diabolo implicita est, & illorum, qui artes exercent magicas, & observationibus hærent superstitionis, sed citra expressum fœdus cum diabolo. Carpzovius part. I. quæst. 50. in principio, & complures ab eo citati. Quos inter magna iterum differentia est, aliqui enim hominibus & iumentis inferunt noxam, damno gravi, vel capitali etiam exitio, alii è contra neque hominibus nocent, neque iumentis, sed est aliis illorum finis, & obiectum, & sunt in hoc maximopere occupati, quomodo futura prædicant, præterita ex ordine enumerent, homines pecudésve mōrbo correptos suis mēdiis superstitionis restituant, ignota, ut fontes latentes, & thesauros reconditos prodant, res furto sublatas recuperent, aut etiam defossa in hominum pecudūmque exitium venena suis Magicis virgis manifestent. Nobis Germanis: Die Seegensprecher/Brünngraber/Schätzgraber / Wahrsager / oder die Weisen genennet. In quorum numero tempore belli Suecici fuere quām plurimi,

qui

qui certis globis pressorum subditorum reconditas pecunias non modò quæsiverunt, sed artificiose adinvenerunt, huius studii plerumque sunt & carnifexes, Zingari, & alii, qui postquam bona decocerunt, de imposturis vivere solent. Anno elapso examini meo subdebatur Rusticus quidam, qui ad instantiam alicuius membranariæ, cui aliquot membranæ furto sublatæ erant, furem prodere conabatur, ad hunc finem superstitiosum erat illi virga bifrons de alba corylo, ante solis ortum peculiari cultro tres cruciculas habente abscissa, ambæ frondes dictæ virgæ erant eiusdem longitudinis baptizatae in aqua fluente, & signatae totidem cruciculis.

7. Præ cæteris autem in hâc arte & imposturis excellunt Zingari, qui ex Ægypto se esse mentiuntur, extorrésque domo, à Superis cogi maiorum delicta, qui Deiparam Virginem cum puero Jesu hospitio exciperere recusatint, septem annorum exilio expiare, alioquin sterilitatem terræ præstò esse impudenter fingunt, sed aliter se rem habere annis ab hinc tribus aut qua-

tibosteris experientia demonstravit, quan-
do Salisburgio contra quamplures similes
impostores specialis inquisitio ex industria
valde prudenter, & laudabiliter insti-
tuebatur, nihil eminenter aliud, quam mu-
nicipulus furens, & colluvies pessima otio-
forum hominum, ex diversis non remotis;
sed vicinis nationibus collectans Salisbur-
gi de Zingariorum Provincia non tolerandis;
extat speciale, & laudabile decreto, vi-
cuius hoc ipso, quod Zingarum se quis-
mentiatur, absque alius iudiciis aut præ-
sumptionibus, manu capitur, & pro ra-
tione circumstantiarum etiam quæstionis-
bus subiicitur, simile decreto etiam in
Archiducatu Carinthiaæ viget. de dato 16.
Octobr. hoc labente anno 1685. Audi de
his hominibus lepidam imposturam, ante
annis fermè viginti quatuor nota mihi erat
puella, à plurimis adamata, quæ cum si-
mul servire Veneri, & virgo videri vellet,
remedium contra imprægnationem à quâ-
dam Zingarâ serio expetiit, datis etiam in
præmium duobus philippæis; ast Zingara
illa receptis pecuniis respondit ridendo:

Lege

Lege dich zu keinem Mañsbild/ so wirstu
nicht schwanger Videatur de his Impo-
storibus Besoldus in thesauro practico ver-
bo Zigeiner. In patria mea erat mihi vi-
cina vetula , ein Seegensprecherin / vnd
Wetter-Seegnerin ; Quæ certis carmini-
bus , & formatis mille crucibus, cæcos
restituere , & nescio quæ mussitando atras
nubes dispellere , ventos , turbines , &
grandines avertere publicè præsumebat,
ad id à simplici viciniâ sèpè specialiter ro-
gata , mihi autem hæc mulier semper de
veneficio suspecta erat; non quidem ex
invidiâ , aut ideo , quòd me ipsum quoniam
ob causam exoculatarum fenestrarum
urentiurticâ horrendè excepérat , sed pro-
pter adhibitas ceremonias superstitiones ,
utendo enim suis imprecationibus uni tan-
tum pedi insistebat , effectum etiam ali-
um non vidi , quam quòd segetes ab iniu-
riis tempestatum nihilominus utcunq;
fuerint destructæ , & dexter meus oculus ,
cui præmemorata muliercula suam præsti-
giolam curam , ad instantiam simplicis

meæ matris adhibuit, in hodiernum usque diem cæcus sit.

8. Si quis tamen ex simplicitate quâdam putativa suffragia, pro avertendâ grandinum lapidatione adhiberet, pænis non foret subiiciendus, per textum clarum in l. eorum 4. Cod. de maleficiis & mathematicis; aut si contra vim tempestatum precibus utatur approbatis ab Ecclesia, quales sunt sequentes.

O Gott der du das Angesicht der Erden / mit allerley Früchten / damit die Menschen dadurch ernähret / vnd das Dich gespeiset werde/zierest re. Himmliche Morgenröth / getrunkt vnd verlegt zu Wien in Oesterreich pagina mihi 244.

9. In numero Sortiriorum implicitum pactum habentium, sunt & illi, welche Wund- Seegen gebrauchen / item qui certas incantationes pronunciant super pendentes fructus, quibus à furum insidiis securi sint, ut & illi, qui se ab armorum penetratione immunes reddere, aut alterius amorem cogere posse gloriantur, utentes certis herbis, radicibus & incantatio

tationibus, mihi verò remedium pro amo-
ris conciliatione omnium certissimum vi-
detur, quod Seneca præscribit. I. Epislo-
larum 9. & Gotbofroedus in notis ad l. eorum,
Cod. de maleficiis & mathematicis Scilicet vis
ut ameris, ama.

10. Etha&tenus relati cæteris paribus,
id est si nemini noceant, & alia delicta non
accedant, neque expressum fœdus cum
diabolo habeant, extra ordinem, E. g.
carceris mancipacione, relegatione, ju-
nctâ etiam regulariter pæna Canonica puni-
ri solent.

11. Si verò cessante etiam pacto ex-
presso, per artes & media Magica, vel ho-
minibus, vel iumentis damnum inferant,
sive magnum illud & exitiale sit, sive non
sit, pæna gladii tenentur, & iure homici-
dii censentur, non spestatâ dignitatis aut
sexus differentia, non enim exitus in his,
sed prava delinquentis voluntas spectatur,
L. 14. ff. ad L. Cornel. de Sieariis & Veneficis.
Constitutio Electoralis 2. parte 4. §. 2.
ibi: Derselbe sey groß / oder geringe/ soll
der Zauberer Mann- oder Weibs-Pet-

sohn mit dem Schwert gestrafft werden. Quis enim taliter nocentibus mortis poenam non statuat, esto etiam quod expressum pactum cum diabolo non habent, cum plus sit hominem extinguere veneficio, quam gladio occidere, L. i. Cod. de Maleficiis & Mathematicis.

12. Ampliatur ut locum habeat hæc poena etiam in iis, qui Veneficos dato præmiō conducunt, ad damnum aliis inferendum, nihil enim interest, occidat quis, an causam mortis præbeat, L. i. 5. ff. ad Legem Corneliam de Sicariis & Veneficiis. & regulariter mandans aliquem interfici ultimo supplicio æquè ac mandatarius affiendus est. Nititur hæc doctrina vulgari Regulâ: Quod quis per alium facit, ipse met fecisse censetur, cap. qui facit. 72. de Regulis Juris in 6. L. is damnum 169. ff. eodem. Sic quoque ipse Deus mortem Oriæ Regi Davidi imputavit.

Dices forsan Magos, qui damna aut necem inferunt, non gladio feriendos, sed flammis concremandos esse, per textum expressum in L. nullus. Codice de Maleficiis & Ma-

& Mathematicis, in verbo Concremando & Constitutione Carolina artic. 109. Sed respondetur Imperatores Constantiniū in dictâ lege nullus, & Carolum V. in suâ Constitutione loqui de Veneficis expressum pactum cum dæmonē habentibus.

QVÆSTIO III.

Utrum Nobilitas bene merita, dignitas Clericalis, sexus, vel ætas à pœnâ mortis excusat?

S U M M A R I A.

1. Quantus moderno tempore fit respectus personarum.
2. Ipsos etiam Legislatorēs respectum habere nobilitatis & dignitatis.
3. In criminē veneficij non habendam rationem, aut respectum personarum, firmatur exemplis.
4. Quid de Clericis in hoc iudicium trahendis?
5. Mollium faminarum major fragilas & facilior lapsus est quam virorum.
6. Differentias quasdam esse inter etates, & quan-
nam illæ sint?

44 Observationes Magicæ

7. Infantes ob deficitum veri doli neque pena ordinaria, neque extraordinaria puniendos.
8. Puberes & pubertati proximos à pena mortis in veneficij criminis non excusari.

I.

Respectus personarum tantum modernis temporibus est, ut digniores aut leviter puniantur, aut etiam impuniti dimittantur, meritisque personarum excusentur, in alios écontra inferioris dignitatis homines summa legum asperitas exerceatur, iuxta illud Juvenalis:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Hinc apud nos Germanos in proverbium abiit, die kleinen Dieb hencst man / die grossen lafft man lauffen.

2. Moventur autem Magistratus ad hunc respectum forsitan ipsismet sanctionibus Legislatorum, qui in decernendis pænis non habitâ criminum differentia regulariter in omnibus, ad nobilitatem & personarum conditionem item ad sexum & statem ipsi respiciunt, sic in L. Bedius §. 1. ff. de incendiis, ruinis, & naufragio &c. expressè cautum est, pænas ex conditione per-

personarum estimandas esse. In L. fin. ff. eodem. statuitur Incendiarios si humiliores sint, bestiis obijciendos, si verò in gradu aliquo constituti, capite puniendos, aut in Insulam deportandos esse. In l. Annonañam §. poena autem ff. de extraordinariis criminibus, Dardanariis non eadem impunitur poena, sed humiliores ad opus publicum damnantur. In l. 6. ff. ad l. Jul. pecul. decernitur pro qualitate personæ, ætatis, & sexus, vel severius, vel clementius pœnam statuendam esse. In cap. fin. extra de pœnâ: ipse summus Pontifex parcit nobilitati Comitis &c. & in l. 3. §. 5. & l. quicædem ff. ad l. Cornel. de Sicar. cædem admittentes, si in honore positi sint, deportantur, id est relegantur (pœna enim relegationis hodie in locum deportationis surrogata est) in secundo verò, id est inferiori gradu positi capite puniuntur. Imò in ipsa etiam nostra materia non eadem omnibus pœna statuitur. In l. eiusdem. 3. §. 5. ff. ad l. Cornel. de sicar. & venef. humiliores bestiis subiiciuntur, altiores verò deportantur in Insulam.

Sed

3. Sed hæc omnia tanti non sunt, ut in nefando Veneficij crimine respectum admittam, digniorésque aut bene meritos, mitiori pœnæ subiiciam, vel omnino dimittam impunes, quin in eâ sum sententia, nōn deberi cuiusdam facinora, benefactis & meritis compensari, sed meritis præmia scorsim constituta esse, & sceleribus itidem pœnas, secùs enim de Republica bene meriti, facile ad audaciam, & insolentiam prorumpent. Hinc Manlius Capitolinus quamvis Conservator Capitolij, ob delictum meritò de ipso Capitolio in præceps deiectus est, & Cosmus Magnus Hettruriæ Dux de proprio filio ob paricidium, in fratrem commissum, pœnam sumpfit capitalem, adeò ut Joannes Semascius magnus Poloniæ Cancellarius prudenter voluerit ab illustrioribus personis pares pœnas sumendas esse, quo enim illustriores sunt personæ, cò illustriora sunt eorum peccata. iuxta illud:

- - - - tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Plura

Plura desiderans legere potest, quæ de nobilibus, natalium dignitatem turpitudine vitæ maculantibus scribit Abasuerus Fritschius in suo recens - edito tractatu de peccatis nobilium Conclusione 1. Et Joannes Brunnemanus in Processu Inquisit. Crim. in proloquo. Neque enim locum hic habet commune Criminalistarum Brocardicon, secundum quod nobiles, & in altiori dignitate constituti, item fæminæ, minoresque mitius puniendi sunt, id enim solum verificatur in poenis arbitrariis, & non uniformibus, quæ ex personarum qualitate, per Judicem sunt distinguendæ, scilicet verò in supplicio uniformi, & taxato à lege vel statuto, ubi non habenda est distinctio, aut personarum respectus. Andreas Tiraq. de pœn. tempor. cap. 31. n. 34. § 35. At verò pœnam Sortilegii uniformem, & à lege taxatam, & quidam universaliter & in omnes indistinctè latam esse, constat tam ex Jure Divino, quam humano & positivo, audiatur Dominus Levitici cap. 20. versic. 6. ibi: anima quæ declinaverit &c. versic. 27. Vir & mulier,

er, in quibus Pytho, vel Divinationis
Spiritus &c. & Deuteronomi: 18. vers. 10. &
seq. non inveniatur, qui divinando &c. idem
est de jure humano, in Constitutione crimi-
nali Caroli quinti artic. 109. ibi: So je-
mand den Leuthen &c. item: Wo aber je-
mand &c. qui termini utique universales
sunt, quemlibet cujuscunque statūs, aut
conditionis includentes, & tam masculos
quam fæminas complectentes, per l. 1.
ff. de V. S. universaliter quoque loquuntur
legislatores Romani, in l. militia Aruspex.
3. l. nemo Aruspicem. 5. l. quicunque Cod. de
malef. & mathe. lex autem universaliter lo-
quens, universaliter est intelligenda, &
ubi lex non distinguit, neque nos distin-
guere debemus. Hinc valde sapienter in-
quit Aristoteles s. Ethicorum 4. Nihil refert
probusne vir malum, an malus probum suo
privarit, neque an probus, an improbus adul-
terium commiserit, sed ad solam nocimenti
differentiam lex spectat, perindeque personis
utitur, ac si æquales sint, si ille iniuria affi-
ciat, hic afficiatur, hic lædit, ille lædatur
&c.

4. De Clericis in hoc judiciū trahendis
vel non trahendis, non modica differen-
tia est, Canones enim, qui capitale sup-
plicium, neque in hoc, neque in aliis cri-
minibus statuunt, Clero admodum favere
videntur: Sic *in cap. ex tuarum. 2. extra de Sortilegiis*, Summus Pontifex presbyte-
rum, qui per inspectionem Astrolabii fur-
tum requisivit, per annum tantum ab Al-
taris ministerio suspendit, imò duxit re-
mittendum. In lib. 5. libri septimi decre-
tal. cap. 5. Clericis incantatoribus simpli-
citer poena infamiae interrogatur, & si non
destiterint, in monasterium detrudun-
tur. Econtra non extat lex in toto Jure
Civili de Clerico incantatore pœnas su-
mens, neque nobis Laicis Jus aliquod est
in Clericos, sed sunt isti à potestate Ma-
gistratus politici prorsus excepti. cap. cum
non ab homine. cap. at si Clerici. cap. Clerici.
& cap. qualiter de iudiciis item cap. Si dili-
genti: & cap. significasti de foro competenti:
Sed haec omnia, quia nimium probant, ni-
hil probant, neque inde Clericorum im-
punitas sequitur, cùm ipsi etiam Canones

Clericum ob delicta graviora remedio degradationis ab eorum climent consortio , ut hoc modo politicæ Jurisdictioni aperiatur potestas , & ob paria crimina clericum laicis paripæna coerceri valeant . Et valde prudenter , cùm secus nonnulli clericorum suâ freti immunitate facile in scandalosam audaciam prorumperent , cùmque Presbyterorum officium sit : Verbum Dei fidelibus prædicare , non debent ipsi cum gravi fidelium scandalo contra Verbum Divinum , quod incantationes per superius adducta severè prohibet , tam nefandè peccare .

5. Sexui non minus aliquid remittendum quidam putant , eò quòd mollium fæminarum magna sit fragilitas , & facilior lapsus , regulariter etiam aniculæ tantum aliàs ad melancholiæ pronæ , hoc criminè se contaminatas reperiant , enimverò cùm fæminæ pariter ac masculi in hoc genere criminis eodem planè modo delinquant , non est quod pænarum faciam differentiam , ob identitatem rationis , quæ idem ius facit ; deinde recte

recte dicit Benedictus Carpzovius, non omnes fæminas vetulas esse, sed interdum etiam statæ ætatis, imò puellas vix duodecim aut quindecim annorum, in quibus malitia superat ætatem; neque ideo meliores sunt, quia provectionis sunt ætatis quin ex diuturniore artis suæ exercitio iuveterata est in ipsis malitia, adeoque tanto maiorem merentur pœnam, quo diutiùs peccârunt, nam propter delictorum frequentiam pœnæ exasperantur.

6. Quæstioni Coronidem imponit difficultas alia, num scilicet non saltem ratio ætatis habenda sit in Veneficii criminis? eā de re textus est in L. impunitas. 7. Cod. de pénis ubi dicitur: Impunitas delicti propter ætatem non datur, si modò in eā quisit, in quam crimen, quod intendit cadere potest. Ex quibus verbis clare collendum est, inter ætates quasdam esse differentias, & communiter quidem illas distingui, in Infanciam, Impubertatem, item pubertati proximam, & Minorenitatem, passim reperiri est apud Doctores. Prima durat us-

que ad annum septimum. *L. si infanti 18.*
Cod. de Jure deliberandi. Impubes dicitur,
masculus infra 14. ætatis annum, fæmina
verò infra duodecimum, principio *Instit.*
quibus mod. tutela finitur. Minor autem
est, qui necdum absolvit annum 25. tot.
tit. *ff. de minoribus 25. annis:* reliqui ma-
iores, seu maiorennes dicuntur. Quæ ætas
verò pubertati proxima rectè dicatur, tutò
determinari non potest. *Glossa in §. quod*
diximus 10 verbo infantiae. *Instit.* de *inutil.*
stipulat. putat pubertati proximum esse,
quo annum decimum & dimidium exple-
vit. Jacobus Cuiacius verò illos puberta-
ti proximos iudicat, qui intra annum &
semestre pubertatem assequuntur. *lib. 17.*
observ. 4. in fine. *Baldus in L. excipiuntur*
14. ff. ad Sylan. illum intelligit, cui ad
puberem ætatem menses tantummodò sex
desunt, cui ad stipulatur & Jason in Au-
thentica *Sacramenta puberum. n. 15. Cod. si*
adversus venditorem.

Verior tamen est sententia existimán-
tium Judicis arbitrio committendum esse,
quâ ætate propriè quis dicatur proximus
puber-

pubertati, nam Judex inspectâ impuberis discretione aliisque circumstantiis probè perpensis, hâc de re facillimè iudicare poterit, Harprecht in §. in summa sciendum 18. n. 4. *Instit. de O. quæ ex delicto nascuntur.*

7. Conclusio prima: Infantes neque pœnâ ordinaria neque extraordinariâ Veneficii, quantacunque illorum malitia videatur, puniri possunt, per rationem quòd in illis verus dolus esse non possit, L. sed etsi §. ult. ff. ad L. Aquil. L. infans ff. ad L. Cornel. desicar. L. si infantì. Cod. de Ju-
re deliber. & L. quod infans ff. de rei Vindic.
atqui sine dolo delictum nec committi-
tur, nec punitur L. i. Cod. de Sicar. L. qui iniuria. ff. de furtis. L. quod Reipubl. ff. de in-
iuriis, quam meam conclusionem intel-
lectam volo de coercitione judiciali & le-
gali, parentibus interim eosdem virgis ca-
stigandi, potestate non ademptâ.

8. Conclusio secunda: puberes &
pubertati proximi, si doli capaces sint, à
pœna mortis in Veneficii crimine non ex-
cusantur, intellige si tria collectivè con-
currant, primò: Si imputes propè & mox

impleverit annum decimum quartum,
Ordinatio Carol. artic. 164. ibi: Wo aber
der Dieb nahe bey i 4. Jahren alt wäre zc.
Secundò: Si malitia delinquentis sit in-
signis, ita ut ætatis defectum suppleat,
neque correctio sit speranda, dicta Ord.
in verbo. also daß die Bosheit das Al-
ter erfüllen möchte zc. Tertiò: Si delictum
sit ex atrocissimis, & circumstantiæ gra-
ves Carol. Constitutio dicto loco in verbo:
vnd der Diebstall groß/ oder obbestimba-
te beschwerliche Umbstände so gefährlich
dabey gefunden worden. Ac licet ibidem
de criminis furti solummodo agatur, quin
tamen in delictis furto atrocioribus idem
obtineat vix quisquam dubitare potest,
maxime cum in criminibus & publicis iudi-
ciis, ætatis suffragio minores non iuven-
tur, per L. I. Cod. Si adversus delicta Gc. &
L. 9. q. nunc videndum; item L. 37. q. in
delictis ff. de minoribus: ubi Jurisconsultus
Tryphonius expressè loquitur de delictis
atrocioribus. Notanter etiam dixi cum
Benedicto Carpzovio part. 3. quest 143.
n. 53. Si correctio speranda non sit, quod
regu-

regulare est in Veneficis, qui dimissi raro, aut nunquam emendantur, immo crescit in ipsis cum aetate malitia; meo tempore non unus sed plures impuberes utriusque sexus, doli vel maxime capaces in hac ipsa materia se reos fatebantur, cum verò a pubertate quadantenus distarent, bene vixum fuit, illos, vel illas in honesti viri, aut matronae disciplinam tradere, donec emendantur, eò quod iuniores, si ad maturiorem perveniant aetatem, etiam quandoque ad frugem redeant meliorem, sed Aethiopem lavimus facti sunt enim plerumque peiores, sicuti exemplum habemus in quodam impubere, qui quamvis disciplina cuiusdam Iudimagistri committebatur, ad frugem non rediit, sed in suis nempe usibus tamdiu perrexit, donec pubertati proximior factus poenam senserit capitalem; & benè, quamvis enim non negem, quod in aliis delictis aetatis miseratione interdum mitiorem admittat panam per textum *in d. l. 37. ff. de Minoribus*: hoc tamen in Veneficii criminis propter eius gravitatem, contagium, metum-

56. *Observationes Magicæ*

que relapsus, & damni gravioris non procedit. sed melius est conservare animam quæ toto mundo pretiosior est, quam cum periculo & iacturâ æternæ salutis adipisciendæ misericordiam facere. *Christoph. Beſold.* verbo *Hexen*: pagina mibi 386. Possunt tamen isti ætatis miseratione ſaltem eatenus frui ſi morte leviori, ut venarum ſectione, aut velocissimo iœtu ſecuris, mit dem *Fallbeil* / plecterentur, modus posterior etiam Salisburgi in iunioribus utcunque practicabatur.

QUÆSTIO IV.

An & quatenus pœnitentia maleficos à pœna liberet?

SUMMARIA.

1. *Veneficiis ante præventionem Judicis ultro factentibus, pena mitigari, non omnino remitti potest.*
2. *Ex causa fit quandoque mitigatio etiam ſcr̄a pœnitentibus.*
3. *Explicatio legis, qui ea mente. ff defuit.*

Sunt

Sunt qui commissa crima etiam non accusati, aut à Magistratu præventi sponte fatentur, seriam nonnunquam agentes pœnitentiam, qualis fuit pœnitentia Beatae Magdalena; alii econtra delicta quidem fatentur, & summè contriti pœnitentiam amplectuntur, sed postquam de crimibus convicti, & à Judice præventi sunt, & talis fuit pœnitentia latronis in cruce.

I. Veneficis quidem (quorum pœnitentia rara est) primo modo pœnitentibus puto capitalem pœnam mitigari, non omnino remitti posse, eatenus scilicet ut in pœnam ignis pœna gladii, aut similis pœna capitalis substituatur, hâc enim mitigatione ad peccandum nemo, ad pœnitentiam verò plurimi invitantur, Carpzovius in *præf. crim. quest. 49. n. 76.* & sequenti, quod temperamentum tunc demum locum habere tutò dicere ausim, si iuri divino non sit contrarium. Brunnem. *ad L.* qui eâ mente ff. defurtis in fine. prout huic iuri, quod solam malefici mortem intendit, non contrariatur, utrum igne quis pereat, vel gladio. Qui verò postquam

D's : : incar-

incarcerati, & de crimine convicti sunt, delictum fatentes pænitentiam ostendunt, pænarum remissione aut mitigatione dignos non aestimo, quis enim tam insanæ mentis sit, qui iam in vinculis constitutus, medium elabendi habens, illud non apprehendat? Carpzovius d. loco. n. 73. & quis de talibus serium pænitendi, & resipiscendi animum præsumat, cum eiusmodi pænitentia sera, raro sit vera.

2. Quamvis non negem sub Ecclesiastico & clementissimo Principe maleficiis etiam serò pænitentibus, meo tempore haud raro aliquid remissum, & sententiæ criminali gradum mitigationis fermè hoc modo innexum esse: Wann jedoch der Delinquent eine rechte Reu vnd Bußfertigkeit / bis an sein Ende bezeigen würde/ solle deme die Feuer = Straße nachgesehen / vnd derselbe mit dem Strang ertröset werden. Exemplo Christi, pænitentiam de peccatoribus requirentis, misericordissimâ hâc protestatione: Nolo mortem peccatoris, sed potius ut convertatur. Quæ pænarum mitigatio, aut omnimo-

nimoda remissio , inspectâ personarum & criminis qualitate , longè verior & benigno Judicii practicabilior est in pænis arbitriis , v.g. contra pænitentes Sortiarios , qui sine damnificatione , aut expresso pacto cum diabolo , rebus Magicis quondam usi , ultrò & de se ipsis resipuerunt . Sed

Oppones : furti pænæ furanti non remitti , licet is pæniteat , & mutato consilio rem furto surreptam domino restituat . *L. qui eā mente. ff. de furt.* ergo neque in Veneficii crimine , quod furto atrocius est , aliquid remitti aut pæna mitigari potest , licet quis se ipsum de crimine deferrat , aut ante præventionem Judicis pænitentiam agat , quia nemo peccato tam atroci , pænitentiâ suâ nocens esse desinit , *Vlp. in d. L. qui eā mente.* Sed

3. Respondetur antecedens non esse absolutè verum , nihil enim Textus in d. *Lege de pæna pænitenti furi remittenda* , vel non remittenda , sed hoc solum loquitur : furem manere furem licet restituat , at verò furum alii pæna ordinaria , alii arbitraria sive extra ordinem puniuntur.

Dein-

Deinde contrarium expressè statutum videtur in Constitutione Carolinâ artic. 160. ubi Imperator ad id maximè respicere iubet, wie schädlich nemblichen dem Beschädigten der Diebstall seyn mag. At sicuti fur pænitens & restituens rei domino damnum reverà non facit, sed omnia in integrum restituit, ita ex mente Caroli ordinariâ pænâ plecti non debet. videatur Benedictus Carpzovius in practica Crimin. part. 2. quæst. 80. n. 14.

QVÆSTIO V.

*Emigratio seu Transportatio Sagarum, utrum sit somnium & Dæmonis delusio, vel Jane pos-
sibilis & reverà contin-
gens?*

SUMMARIA.

1. & 2. *Emigratio Lamiarum firmatur rationibus & exemplis.*

3. *Emi-*

3. · *Emigrationem, seu corporalem translationem esse de raro contingentibus.*

1.

EX lamiarum confessionibus constat, quod eæ ludis, jocis, colloquio, conversatione, familiaritate, commissariis, choreis, & nefandâ dæmonis venerantur, quæ omnia ut commodius fieri, & sine minùs metuendæ publicationis periculo institui valeant, remotius sitam, & ab aliorum diversoriis elongatam sedem requirere videntur, inde pañim dicitur lamias emigrati, & baculis, scopis, hircis, canibus aut aliis Bestiis insidentes, certis etiam unguentis perunctæ extra proprias ædes ad certa loca, celebrandis suis ludis procul destinata, corporaliter transportari, simul atque hæc verba: Oben auf vnd n̄rgends an/ pronuntiaverint, Godelmannus lib. 2. cap. 4. n. 2. quod ipsum confirmat Carpz. parte 1. quest. 48. n. 57. citans pro se complures, & inter alios Paulum Chirlandum, Martinum Dclrium & Malleum malefic: Et

2. Hæc

2. Hæc doctrina nititur non modò firmissimis rationibus, sed & exemplis longè verissimis, si enim Angeli boni suâ potentia in momento temporis ipsa immensa æris spatia decurrere, homines etiam, aliaque gravissima corpora nullo negotio una secum traducere possunt, uti est historia Abacuc, & translatio S. domini Lauretanæ, quare non etiam diabolus idem facere poterit, cum mali Angeli eadem potentia naturali præpolleant quâ boni, si quidem illi post lapsum omnia dona ab origine accepta retinuerunt, & nunquid impudens diabolus in ipso etiam Christo Salvatore nostro, potentiam suam probare ausus est, illum è statione in pinaculum Templi corporaliter transferendo? *Math. cap. 4.* comprobatur etiam emigratio hæc, conformibus lamiarum confessionibus & exemplis, placet hic ex innumeris unum referre, & quidem recentissimum: inter Veneficos Salisburgensium questionibus subjectos, fuit puer patriâ Boius, qui & duo alij convenerunt de instituendâ tali emigratione: pasto itaque ab omnibus probato

bato altis insidentes molossis, per valles & montes, per ipsas etiam torrentes aquas ex ædibus suis procul in Bavaria sitis, usque in oppidū Salisburgense, quod vulgo Bersfen appellatur, paucissimis horis nocturnis traducti sunt, quorum ille à vectore suo fortuitò deiectus expectavit solis ottum, ut de manè respiciens sciscitaretur à transuntibus ubi locorum esset, cùmque inaudiisset, se jam non in suā patriā, sed in longè dissito loco consistere, mirabatur ipse supra modum tam subitam sui transportationem, ut qui paucissimis ante horis unacum suis comilitonibus in longinquis Bavariæ terris fuisset, jam sit in alia Provincia, aliquot itineribus inde remota. Factus itaque sibi ipsius proditor ad mandatum per illustris Domini Præfetti, sive Prætoris ibidem manucapitur, & omnia primò, qui huc venisset, deinde etiam mortem sui beneficij & nefandæ professionis confitetur.

3. Enimvero quæ de locali Lamiarum translatione, sive per naturales rationes, sive per exempla passim apud Doctores ita legun-

leguntur, regulariter non accidunt, sed sunt de casu rarissimè contingentи, neque enim verisimile est humani generis inimicum diabolum tot & tanta sibi facessere negotia, ut integros Lamiarum choros conferat, nisi forsitan quandoque moraliter certus sit, eiusmodi sagarum conventum, & illarum localem translationem, sibi multum utilitatis, miseris animabus vero plus damni afferre; sed est alius modus, quo hic mendaciorum parens miseros veneficos divexet, dum ipsos virtute unguenti soporiferi in profundum sonnum incidere facit, & dormientibus talia phantasmata, de volatu, choreis, commessionibus, & concubitu imprimuit, tam naturaliter & artificiosè quidem, ut etiam evigilantes jutent, se revera ex ædibus evolasse, & Lamiarum conventui corporaliter interfuisse. Ecce ut suos dæmon deludat phantasticā emigratōne! *Benedictus Carpz.* in *Præt. crim.* parte 1. q. 48. n. 58. & 59. *Godelmannus lib. 2. cap. 4. n. 21.* & 26. & communiter omnes. Probatur etiam hæc phantastica delusio & Sathanæ potestas

testas exemplis sacrarum litterarum, nunc
quid enim dæmon potuit phantasmatibus
populum judaicum, Ægyptios, Saulum &
Prophetas decipere? Idem etiam de La-
miarum tripudiis sentiunt sacri Canones
in capitulo Episcopi i 2. caus. 26. q. 5. quod
capitulum multum luminis & doctrinæ ha-
bet, & ideo lectu dignum est, quo lecto-
rem remitto.

QUÆSTIO VI.

*Quid de Concubitu Sagaru
cum Dæmore sentiendum?*

SUMMARIA.

1. Ostenditur Lamias cum demone congregari non generare posse.
2. Referuntur forma, in quas se mutari La-
mia putant.
3. Transmutatio unius formæ substantialis in aliam impossibilis.

IS hostium mos est, ut eâ parte fortali-
tium impugnant, quâ debilissimum
E est,

est, cum ergo hostis humanæ salutis non ignoret, hominem in carne perdebilem esse, eapropter omnem movet lapidem, qui possit ad quævis audenda hominem commovere, maximè verò retibus nefandi amoris ad se trahere. Hinc formato quodam corpore phantastico, modò in venustissimi iuvenis, modò in pulcherrimæ mulieris speciem se transformat, & amorem offert redamantibus, sed hic nosse oportet non debere hæc duo confundi: an dæmon nimirum cum hominibus verè congregari, & an verè cum iisdem generare possit, posterius siquidem manifestè falsum est, per tradita à Joanne Nicolao Psizero lib. 1. cap. 12. in tract. de *Natura Mulier.* Nam mortale, & immortale, corporeum & incorporeum, sensitivum & insensitivum, adeò inter se dissident, ut nullo pacto inter se coniungi queant, nequé hic ad propositum quidquam facit, an aliquis vel nullus partus sit hominis cum dæmone commercium habentis, sed quæstio simpliciter est, de possibilitate, vel impossibilitate exercen-

dæ cum cacadæmone libidinis, cuius sola prava voluntas, & non aliquis effectus generationis maleficium distinguit, iam verò omnes utriusque sexūs Venefici fabebuntur, & meo tempore fassī sunt, secum dæmonibus succubis, vel incubis coivisse, nec non phantasticum cacodæmonis membrum aliquando frigidum, aliquando verò calidum, & plerique etiam se ex eodem coitu voluptatem sensisse, dum enim dæmones ad tempus corpora plerumque pilosa inducunt, excitant simul aëris impulsu titillationem, ut sensus aliquis iucundus in coitione exurgat, blando intus operante veneno, quam foedam & execrabilem libidinem, statim à contracta societate incipiunt, & sæpè ad extremum vitæ spiritum continuant, prout ipse quā plurimum examinibus interfui, qui bestialissimam hanc libidinem, & libidinosam bestialitatem, toto incarcerationis tempore, cum dæmonibus vel succubis, vel incubis exercere non verebantur, imò quod turpè dictu, unam diabolus continuâ carnis titillatione adeò laetavit,

& ita captivam tenuit, ut ipsi etiam defœdati pollices luxoriosæ fæminæ, in continuo Sodomiae & pollutionis exercitio officium præstare debuerint, usque tandem carceris custos luridas Sagæ manus sursum religando conatum cohibuerit. Hæc ipsa verò cum dæmone libido contingens tantum; & non universaliter vera est, cùm possit diabolus dormientes sàpè phantasinate corripere, ut credant se reverà cum dæmonibus congredi, quis enim non in somniis & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa facere putat dormiendo, quæ nec fecit, nec vidit vigilando. *cap. Episcopi cap. 26. q. 5.* quod tanto persuasius sibi habent, quando evigilantes se sentiunt pollutas.

2. De formis, quas Venefici assumere dicuntur, dum se in canes, lupos, catos, aut alias bestias pro suæ libidinis delectu reverà transmutari putant, non minus dubium exurgit, quia Veneficos talia de se prodidisse adhuc probè inemini, immò erat in patria mea insignis magus, qui formam lupi assumens pecudes de pascuis redeun-

tes in transitu intercepit, & laceratas dentibus devoravit incœtas, donec pastorum unus suo pedo, quod ad manus erat, fraudem detexerit illudentis.

3. Mihi quidem eiusdem virtutis & potentiae videtur, ex mercurio, e. g. facere aurum, aut ex homine ad Imaginem Dei creato facere lupum aut canem, cum non minus unum metallum ab altero, a chomo à lupo essentialiter & forma substanciali differat, at verò ne ipse quidem milie artium magister diabolus, multò minus sumigans aurificum cohors primum potest, ergo neque secundum; Subsumptum solidatur gravissimis argumentis, cùm se-
cūs omnia miracula, vel ab ipsomet Christo, vel SS. eius in novo & veteri Testamento patrata, adeoque etiam principaliores Christianæ fidei articuli prorsùs corruerent, & in dubium vocarentur, & sic quidem in dubium vocari posset miraculum Araonis virgam in serpentem transformantis *Exod. cap. 7.* item miraculum, quo Christus ex aqua fecit vinum in nuptiis Galilleæ, *Joan. cap. 2.* & miraculum,

quò fecit ex quinque panibus & duobus pīciculis tantam abundantiam *Joan. cap. 6.* hæc enim omnia, per consequentiam etiā diabolus potuisset, cùm non maior sit virtus, & potestas ex vīrgā serpentem, aut ex aquā vinum facere, quam facere ex homine lupum. Sed

Dubium hoc iam olim solvit Consilium Anquirente in cap. Episcopi caus. 26. q. 5. in fine. ibi: *Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam, in melius aut deteriorius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & Paganus deterior. Quomodo autem hæc transformationis illusio contingat, & quo patto detegenda, videatur Godelman-*

nus lib. 2. cap. 3.



QUÆ.

QVÆSTIO VII.

De Indiciis ad capturam & questionem requisitis.

SUMMARIA.

1. *Questor absque legitimis indiciis quemquam tortura subiiciens ad quid teneatur?*
2. *Quid per legitimum indicium intelligatur?*
3. *Indicia legitima etiam capturam præcedere debent, eaque probata esse.*
4. *Indicia legitima in qualibet delicto non posse determinari.*
5. *Enumerantur quadam indicia.*

IN potestate nostra non est, quorumlibet, sed illorum tantum delicta iudicare, qui vel confessi, vel convicti sunt, oculta verò & incognita illi sunt relinqua, qui solus novit corda filiorum hominum. cap. consulisti 22. caus. 2. q. 5. quando verò, & quibus præcedentibus ad faciendam talem de se confessionem, si sponte nolit, quis serio adigi, aut quæstionibus,

nibus subiici possit, altioris est indaginis, siquidem Carolina Constitutio articulo 20, non aliter quæstiones admittit, nisi probatis prius indiciis legitimis, ibi: Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Misserthat/ darnach man fragen wolt / vorhanden / vnd beweist wurde / soll niemands gefragt werden,

1. Si secūs procedant Magistratus, quemquam iniustè incarcерando, aut absque legitimis coniecturis torturæ subiiciendo , iniuriarum actione, & quæsito ad damna interesse , & expensarum refusio- nem tenentur, non obstantibus quibus- cunque protectionis privilegiis, sive litte- ris securitatis , & immunitatis , quibus in hoc casu Imperator expressè derogare vo- luit. ibi: Es soll auch kein Obrigkeit/ oder Richter in diesem Fass kein Urphede helf- sen/ schützen oder schirmen/ daß der Ge- peinigte / sein Schmach / Schmerzen / Kosten vnd Schaden mit recht / doch alle tathliche Handlungen aufgeschlossen / wie recht nicht suchen möge.

2. Per indicium autem hic intelli-
mus ,

mus, signum sive adminiculum demonstrativum delicti, vel alterius facti, de quo queritur.

3. Et hoc debet non tantum criminalem quæstionem, sed ipsam quoque capturam præcedere. Ordinatio Carolina artic. 6. in principio & artic. 218. in medio, cum etiam per iniustam capturam hominis æstimatio, & bonum nomen notabiliter minuatur, maximè si ob causam tam atrocis & nefandi sceleris uti est beneficium ad capturam processum dicatur. Christoph. Blumblacher in commentario ad Carolinam dicto artic. 6. n. 2. id tamen bene notandum, minus requiri ad capturam, quam ad torturam propter gravius præiudicium, quod per torturam infertur, adeò ut necessè sit, indicium ob quod quis torturis subiicitur prius legitimè probatum esse. Ordinatio Carolina artic. 6. ibi: Der soll doch mit peinlicher Frag nit angegrissen werden / es sey dann zuvor redliche / vnd derhalben gnugsame Anzeigung vnd Vermuthung / von wegen derselben Missethat NB. auff ihne glaubwürdig

würdig gemacht. Eadem Ordinatio artic. 20. in verbis wo nicht zuvor: Et non esse à tormentis incipiendum textus est clarus in L. 1. ff. de quæstionibus in princip. & Q. 1. in d. L. ibi: ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut sola Confessio servorum deesse videatur.

4. Quænam autem indicia & conicituræ in quolibet delicto tam incarcerationem, quam quæstionem criminalem præcedere necessè sit, ipse etiam Carolus in unum fasciculum comprehendere non est ausus, dum in artic. 18. illa determinari non posse contestatur: ibi: Dieselbe Sachen / oder Wahrzeichen / so ein redlich gnugsaßme Anzeigung / Argwohn oder Verdacht geben / seynd nicht möglich alle zu beschreiben. Cæterum per indicium legitimum; & ad torturam sufficiens Imperator Carolus significare vult signa legitima, suspiciones, præsumptiones, & vehementes coniecturas, redliche Anzeigung / Wahrzeichen / Argwohn und

vnd Verdacht / vnd Vermuthung / quæ Synonima sunt *artic. 19.*

Ut tamen illi, quibus inquisitionis processus committitur, quid in similibus circa nostram materiam passim observari consueverit, normam quandam habent, benè visum fuit, quædam subnotare, quæ prudentem Judicem, cuius arbitrio coniecturæ relinquuntur, multum iubabunt.

5. Primum indicium præscribit ipse Imperator in *artic. 44.* & gravat illum, qui se offert alium instruere in arte magicâ.

Secundum indicium quibusdam est, quando Veneficus, vel Venefica de veneficiis suspecta ante incarcerationem a fugit, eò quod fuga suspectum faciat de crimine *Ord. Carol. artic. 25.* quod indicium, nisi aliis adminiculis iuetur, ego in hâc nostrâ materia non approbo, cum quis possit ob solum carceris metum, aut forte notam Judicis tyrannidem fugere, talis enim fuga non debet cuiquam cedere in detrimentum, cum nemo teneatur se exponere periculo, aut suam innocentiam

76 *Observationes Magicæ*

ex carcere probare, imò licitum est sanguinem suum quocunque modo redimere *L. 1. ff. de bonis eorū qui ante sentent. videatur Geil. lib. 2. obser. 109. n. 6. 7. & 8.*

Tertium indicium desumitur ex præcedentibus minis, & reali illarum effectu; aut si à tali procedant minæ, qui solet illas exequi. *Ordinatio Carol. artic. 44. ibi: Oder iemand zu bezaubern betrohet / vnd dein Betrohten dergleichen geschicht/ sunt enim fæminæ naturâ vindictæ cupidæ, nec linguam à minis cohibere possunt. Dux autem & reali illarum effectu; aut si à tali procedant minæ, qui solet illas exequi, quia sæpè multa verba proferuntur calore iracundiæ, quæ tamen executioni minimè mandantnr, neque lubricum linguæ ad pñnam facile trahendum est, argumento *L. famosi. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest.**

Quartum indicium iterum ponit Carolus *in d. artic. 44. & 25. & gravat illos, qui familiaritate, commercio & conversatione veneficorum utuntur. iuxta illud: Noſcitur ex ſocio, qui non cognoscitur ex ſe.* Quin-

Quintum indicium desumitur ex veneficorum confessione extrajudiciali, Carol. artic. 32. Sed debet hæc extrajudicialis confessio prius legitimè, & ad minimum duobus testibus, qui omni exceptione maiores sint probata esse. Constitutio Carol. artic. 23. & artic. 30. item debet talis confessio esse verisimilis, seriò etiam, non iocosè prolata.

Sextum indicium concluditur ex verbis suspectis artic. 44. ibi: Oder mit verdächtlichen Worten vmbgehet.

Septimum si quis deprehendatur in alterius stabulum proicere pulveres, aut suspectis unguentis illinire pecora, aut potionem infundere animalibus, Ordinatio Carol. artic. 25. & artic. 44. ibi: Oder mit verdächtlichen Dingen / Geberten / vnd Wesen vmbgehet / die Zauberreyen auß sich haben.

Octavum sequitur ex semiplenâ probatione, seu testimonio unius testis, omni exceptione majoris. Imperator in suâ Constitutione artic. 30. Et hæc sunt præcipua indicia Carolinae Constitutionis, plura ponit

78. *Observationes Magicæ*

ponit. Christoph. Besold. in *thesauro praedico verbo Hexen*: e. g. Si Venefica sit ex parentibus Veneficis, si audiatur loqui cum diabolo eidem respondentem, si se noctu absentet à thoro mariti, si in cistâ aliquius inveniatur instrumentum obligationis cum diabolo, aut si suspectam curacionem polliceatur afflictis. Ego etiam pro indicio valde urgente habeo notas, stigmata, & cicatrices, in maleficorum corporibus repertas, quibus illos dæmon signare regulariter solet.

QVÆSTIO VIII.

De

Captura, & Custodiâ Maleficorum.

SUMMARIA.

1. *Carcer ad custodiam, non ad panam paratus esse debet.*
2. *Magistratus debent habere rationem carceris ant' reddere rationem crudelitatis.*

3. In

3. Incarcerorum quarellis, de carceris duritie
at inedia non semper credendum.

Si præmemorata, vel iis similia indicia de suspectis sint, Judex potest tutò ad capturam, & pro re natâ etiam ad torturam procedere, quomodo autem maleficos bene custodiant, multi anxiè laborant, sunt enim, qui veneficas evasuras putant, si terram pèdibus contingere valeant, & ideo illas cupreo vasi insidentes custodiunt in aëre pendulas, vel adeò arctè concludunt, ut vix non suffocentur, quam tamen curam frustra gerunt, cùm diabolus potestatem non habeat, maleficos à manu Judicis eximendi, secùs utique omnes eximeret, æterno illorum exitio. Deinde debet haberi ratio carceris.

1. Ut is ad custodiam, non ad poenam paratus sit, *Constitutio Carol. artic. 11. Et extus in L. 8. §. solent. 9. ff. de paenis.* neque debet tam arctè esse conclusus, ut neque aér, neque ventus permeare possit, quales sunt carceres subterranei in Legibus prohibiti, videatur Lex. 1. Cod. de Custod. reorum, ibi: nec verò sedis intimæ tenebras pati

pati debebit inclusus, sed usurpata luce
vegetari.

2. Quod si verò Judices patiantur miseros marcescere, & ob nimis durum, temtrum, & immundum carcerem, famem, vel frigus, ut non rarò sit, extingui, crudelitatis suæ rationem reddere obstringuntur, ergo humaniter tractent incaceratos, habitâ etiam ratione ciborum, neque enim omnes ejusdem sunt complexionis, aut omnes omnia comedunt, aliqui etiam ægri sunt, aut alias molles, alij econtra robusti, alij senes, alij iuvenes, alij viles, & alij digniores, interroget etiam Judex superius incaceratos, quomodo à commentariense tractentur, utrum cibus, potus, & alia necessaria debitè præbeantur, ea enim quorundam custodum avaritia est, ut miseris delinquentibus necessaria subtrahere, aut etiam certis & ironicis sarcasmis illos excipere non vereantur. videatur quæ scribit Ahasverus Fritschius in tractatu de Peccatis Quæstorum & Officialium.

3. Interim etiam incarceratorum querelis, de vinculorum duritie, inedia, & squalore carceris non semper credendum est, cum ea quorundam reorum malitia sit, ut durius se haberi à custodibus, vel ex invidia conquerantur, vel ideo obtrudant, ut laxius custodiantur, & occasio detur evadendi, ut probè memini tales querelas meo tempore contra commentariensem, wider den Eisenvat-ter / movisse quendam, qui ob crimē falsæ monetæ incarcerated fuit, quam tam en calumniam ante executionem pene iniuriato custodi deprecatus est, & expressè revocavit; illud etiam nosse oportet, ut sexus disparès eodem carcere non concludantur, L. 3. Cod. de Custod. Reorum. propter carnis commercium, quod Veneficis præcipue commune est, imò nec sexu pares, in casu unius eiusdemque delicti codem carcere custodiri debent, ne detur occasio colloquendi, & colludendi,

QUÆSTIO IX.

De

Quæstionibus & modo ex- aminandi Veneficos.

SUMMARIA.

1. Delinqüentes non diu in carceribus detinendi.
2. Remedium inveniendi occultata media ma-
gica.
3. Modus declinandi Damonis astutiam, quā ju-
vat examini sistendos.
4. In questionibus gradatim procedendum est.
5. Illa tantum Confessio pro legitima habetur,
qua sit tormentis relaxatis.
6. Reorum confessionibus non semper habenda
fides.
7. Prout nec depositioni, quā alios gravant.
8. An tortura possit repeti.
9. An, & quando etas, dignitas, valetudo cor-
poris aut aliud accidens eximat à tortura.

HAbitis indiciis ad criminalem quæ-
stionem requisitis, non debet ma-
lefici-

leficus fruſtrà in carcere detinèri, ſed ſta-
tim eductus apud acta audiſi, L. 2. Cod. de
Custod. Reorum. & ſi ad quæſtiones ſive pro-
poſita interrogatoria, ultrò veritatē di-
cere nolit, tormentis ſubiicitur, ſervatis
tamen torturæ gradibus, ſepoſitis etiam
ſuggeſtionibus periculosis, & debet pru-
denti Judici magna eſſe dexteritas propter
ſortem ſilentii, & pharmaca taciturnita-
tis (uti vocat Godelmannus lib. 3. cap. 10.
n. 37.) à diabolo maleficis ſubministrari
ſolita, ſolet enim humanae ſalutis inimi-
cius diabolus ſibi mancipatos ad negatio-
nes instruere promiſſione liberationis, aut
comminatione verberum, quosdam eti-
am ſuis mediis magicis, impaſſibiles & mu-
tos facit.

2. Hinc valde prudenter agit Quæſtor,
ſi Veneficis per lictores ante omnia pilos,
non tantū capitis, ſed totius corporis
abraſi faciat, quo mihi ciusmodi media
magica in iis occultare valeant, qui mo-
etiam Salisburgi non ſine magno effectu
obſervabatur, & Godelmannus dicto loco
refert historiam de Venefica, quaꝝ ob no-

84 *Observationes Magicæ*

va semper indicia saepius & saepius tormentata, vel tantum risit, vel omnino dormivit, contemptis etiam tormentis qualitercunque intensis, donec tonsa fuerit, sub axillis & in culo, ubi pergamena superscriptam crucibus, & peregrinis dæmonium vocabalis insertam habuit. Simile quasi exemplum contigit nobis Salisburgi examinantibusquendam puerum; quamvis enim puer iste in scalâ horrendè fuerit distensus, nec quidquam tamē fateretur, clamando, & contestando, se quāvis velit non posse fateri, donec iudicio Domini Quæstoris commentariensis noster, ipsi iuscum ex variis aquis benedictis præparatum sorbendum præbuerit, quæ saluberrima potio effecit, ut tormentatus pharmacum quoddam candidum, & ignotæ materiæ, quod ipsi diabolus præbuit, ex fauicibus eructaverit, & dein totum morem sui Veneficii narraverit, cūmque cacadæmon Veneficis realiter visibilis, examinibus continuo interesse, & quæstioni subiectos à veritate dicendâ impedire consue-

verit, benè visum fuit Dominis Quæsto-
ribus, contradæmonis præsentiam uti a-
qua Iustrali, & suffitum facere de aroma-
tibus benedictis cum magno fructu, exa-
minati enim candidè fatebantur, diabo-
lum ad quamlibet aspersione fugisse.

3. Sit etiam Judex sollicitus de mo-
do declinandi astutiam, quâ utitur dæmon,
dum examini sistendos prius in carcerebus
ad negationes erudit, promissione libera-
tionis, vel comminatione pænatum, mihi
enim eximius vir, cui multorum quæstio
committebatur retulit: ex maleficorum
depositionibus se didicisse, quod nonnulli
tam horam futuri examinis, quam mo-
dum torturæ, & alia quæ ad inquisitionem
opportuna videbantur, optimè præcive-
rint, quæ præscientia Domino Quæstori
examen longè reddidit difficilius, hinc pru-
denter suasit, ut is, qui quæstioni præest,
intentionem suam, & propositum, de
examine, hoc vel illo die instituendo re-
tineat apud se, neque de hoc quidquam
palam loquatur; Veneror tanti viri con-
silium, nam dæmon, non quidem cogi-

tationes cordium revelare aut scire possest, astutè tamen attendit humanis actionibus & locutionibus, quos & similes actus naturales optimè percipit, ut ita facilimè familiarem agere, & fidelibus suis, intentionem & propositum Judicis prodere, illösque ad negationes & mendacia in carceribus præviè instruere possit.

¶ Cæterùm prudens & Christianus Quæstor non statim ad torturam properat, sed urget & convincit reum verbis, remonstrando contrarietatem ex depositionis variatione, confrontando illum, & commonendo, quod omni iure teneatur. Quæstori ius querendi habenti respondere, & dicere veritatem, plus enim sapè profuit ciuismodi discreta dexteritas, quem tamen sine suggestione sit, quam rigor tormentorum, si autem non movent, potest Judex tormenta minari, & si hæ quoque minæ (quæ à Criminalistis terroratio verbalis vocantur) nihil efficiant, potest Reus deduci ad locum torturæ, denudari, & in eius conspectu parari instrumenta pænalia, qui processus territio realis

his vocatur, & vera species torturæ non est; Si autem Reus durioris cervicis sit, quam ut his omnibus moveatur, Questor ad applicationem instrumentorum prægreditur, servato tamen modo & discre-
tione, modus enim torturæ non latrun-
culatoribus; sed discreti iudicis arbitrio
permittitur, scilicet ut tormentatio pro
qualitate personæ, & quantitate suspicio-
nis plus, aut minus, frequenter, aut ra-
rò, durius aut levius, diutiùs aut breviùs
admittatur L. 7. ff. de Quæst. concordat
Carolina artic. 58. ibi: Die peinliche
Frag / soll nach Gelegenheit des Urq-
wohns / der Person/ viel / oft / oder we-
nig / hart / oder linder / nach Ermessung
eines guten vernünftigen Richters für-
genommen werden.

5. Esto autem Reus in tormentis de-
liatum fateatur, non debet tamen actua-
rius interrogare, aut quidquam notare,
vel redigere ad protocollum quamdiu
tormenta durant, sed Reus relaxatis tor-
mentis denuo constituendus est, cum illa
tantum confessio pro legitimâ habeatur,

88. *Observationes Magicæ*

quæ à Reo fit tormentis relaxatis, Caroli na Constitutio dicto loco. ibi : vnd soll die Sag des Gefragten nicht angenommen/ oder aufgeschrieben werden / so er in der Marter bekennet / sondern soll sein Sag thun / so er von der Marter gelassen ist.

6. Reorum tamen confessionibus non semper , nec tamen nunquam fides habenda , etenim res periculosa est , cùm multi suā patientia ita tormenta contemnant , ut veritas eis exprimi nullo modo possit , alii econtra tantæ sint impatientiæ , ut quævis mentiri , & sèpè etiani suis mendaciis innocentes potius gravare , quàm tormenta pati velint , L. 1. S. quæstioni 23. ff. de quæstionibus . tam obstinatæ cervicis homo fuit nobis Salisburgi , qui horrendas potius digitorum & axillarum æstulationes pati , quàm fateri elegit . Ergò præculis habeat Deum Quæstor , imperet viribus prudentiæ suæ , inquirat de veritate .

Hoc etiam maximè observes suadeo , ut veneficarum depositioni , qua alios gra-

viant ,

sup

yant; non facile credas, diabolus namque, & fideles eius, inimici capitales sunt totius mundi, parati si possent universum orbem uno impetu evertere, at quæstioni inimicorum, quia facile mentiuntur, fides haberi non debet. d. L. I. §. præterea 24. ff.
de quæstionibus.

8. Si ad prima tormenta maleficus non fateatur, quæstio est an torsio repeti possit? & quidem posse repeti textus valde clarus est in L. 16. ff. *de quæstionibus*. ibi: repeti posse quæstionem divi fratres rescriperunt; pariter repetitionem hanc Judicis arbitrio relinquunt Constitutione Carol. artic. 58. Quod tamen arbitrium intelligi debet, non de absoluto, & irregulato, sed de regulato, quod scilicet iuri communi, & constitutionibus conforme est, Matthias Stephanns, & Christoph. Blumacher ad dictum articulum. iam vero Caroline Constitutionis & iuris communis certissima regula est: *sine indicis torqueri neminem posse*. L. quæstionis habendæ. L. unius, §. in eâ causa: L. ult. ff. *de quæst.* & Ordinatio Carolina, artic. 8. 18. 20.

22. & 23. cùm ergo prima indicia per torturam purgata, & protinus sublata sint, iam non potest reus regulariter novis tormentis subiici, nisi etiam nova ad-
sint indicia. Carpz. part. 3. q. 125. n. 31.
quid si autem quæstor per primum tortu-
ræ gradum nihil effecerit, neque nova ha-
beat indicia, quofum ratione ad secun-
dum torturæ gradum progreedi valeat, in-
terim tamen prima indicia sint valde ur-
gentia, delictum grave, reus satis validus,
& robustus, an non saltem prima tortura
dividi, adeoque repeti potest? responsio
est affirmativa, maximè si reus anteā mo-
deratè, & respectu suarum virium non
sufficienter tortus fuisset Baldus & Godo-
fredus in L. 16. ff. de questionibus. Sed ta-
men ut torsio in hoc casu repetita inten-
datur, tantum per eadem, non diversa &
duriora instrumenta, ut sic non nova &
specie distincta tortura sed prioris torturæ
extensio rectè dicatur. Chur Bayrische
Malefiz - Process - Ordnung. tit. 3. artic.
13. Quid si purgatis per primam tortu-
ram primò habitis indiciis, alia & nova
indi-

indicia tortum gravent? Respondetur sub distinctione, vel enim nova indicia prioribus sunt urgentiora, vel urgentiora non sunt, primò casu index ad secundam torturam progreditur, seu primam cum intentione repetit L. 18. s. 1. ff. de quæst. ibi: *Reus evidenteribus argumentis oppressus, repeti in questionem potest: Secundo vero casu ad locum torturæ quidem daci, & comminatione repetitionis terrori, non amplius tamen realiter torqueri potest.* Bluemlacher ad Carolinam artic. 58. n. 3. Si neque torsio secunda quidquam operatur, interea tamen iterum alia valde urgentia indicia, quæ ab indiciis primæ & secundæ torturæ realiter & specie distincta sint, reum satis gravare reperiantur, pergit quæstor ad tertiam, & pro re natâ etiam ad ulteriorem torturam, Carolina siquidem Constitutio, quoties in questionem reus repeti debeat citato articulo non prescribit, sed prudentis & boni Judicis arbitrio relinquit, ibi: offst oder wenig re. Sic Gothofredus quoque in notis ad L. repeti 16. ff. de quæst. mentionem facit de quo-

quodam reo, qui septies tortus nec tam
men confessus fuit. Caterūm tortura de
mānē & contra ieiunos, neque facile die
festo institui debet, Bluemlacher dicit loco:
& si plures examinandi sint, de eodem fa-
cinore, ab eo exāmen incipiendum est,
qui timidior vel ætatis teneroris videtur,
L. unius facinoris 18. ff. de quæst. experi-
entia namque docebit ordinem hunc exā-
men longè facilitare.

9. Non tamen omnes indistincte ter-
rendi aut omnino torquendi sunt, quo-
dam enim ætas, quosdam dignitas, alios
valetudo corporis, aut aliud accidens exi-
mit, sic ætatis ratione parcendum est im-
puberibus, licet pubertati proximis per
textum in *L.* 10. ff. de quæst. & *L.* 1. §. im-
puberi 33. ff. ad *S. C. Sylan.* deinde etiam
senibus, nisi forsitan senes adhuc validi es-
sent, quo casu maximè tam gravis sceleris,
uti est Veneficium, senes ætatis exceptio-
ne aduersus tormenta se tueri non pos-
sunt; quis verò rectè pro sene habendus
sit, neque ius commune Justinianæum, ne-
que Carolina Constitutio determinat, sed
id

id. Judicis arbitrio relinquendum putat Jacob Mænoch. *de arbit. Jud. lib. 2. cent. I. caſu 59. n. 3.* Interim Judex non tam ad annorum numerum, quām corporis cœnſtitutionem reſpicere debet. Impuberes tamen ſide maleſicio ſuſpecti, & duriores ſint quām ut liberē fateantur, poſſunt extra locum torturæ applicatione virgarum ad veritatem dicendam adigi, neque enim cœſio talis vera tortura eſt, & ideò licita, *Textus in cit. L. 1. S. impuberi. 23. ff. ad S. C. Syilan.* ubi Ulp. dicit impuberem terri posse, & habenā, & ferulâ cœdi; debet tamen ſervari modus & cœſio illa non ni- miūm intendi, ſecūs in veram torturæ ſpe- ciem transiret; & hic modus explorandi quoad impuberes Salisburgi paſſim obſer- vabatur.

Quos verò dignitas eximat, videatur Benedictus Carpzovius *in præc. erim. part. 3. q. 1 18. n. 65.* ratione accidentis excuſantur debiles & valetudinarii, quām diu ſcilicet morbus durat, quò etiam grayitas uteri refertur *L. 3. ff. de pænis,* ut nempè partus ſalvus & illæſus conſervetur *L. 10. ff. de*

ff. de statu hominum : & ne mater ex tormentorum doloribus in periculum incidat ; non tamen questor tenetur credere veneficarum assertioni, quâ se gravidas, aut alia ægritudine affectas dicunt, studio namque & ex industria adversam valetudinem prætendunt, ut tormenta effugiant ; memini nobis veneficam fuisse ætatis longè provectionis, quæ nihilominus se gravidam prætenderat, unde domini questores, ut vel de veritate vel de mendacio constaret, vocârunt iuratas obstetrices, quæ präacto suo officio, & examine, quod eis de ventre inspicioendo erat exercendum, gravitatem uteri constanter negârunt, asserentes : fæminam ob ipsam etiam ætatem & annos provectiones, & maximè ob menstrui defectum iam non amplius generationis habilem esse, ut verò venefica hoc iudicium quod obstetrices de sterilitate senili ferebant, omnino eluderet, & generandi habilitatem de se probaret, ostendit illis indusum adhuc recenti menstruo commaculatum, at obstetrices replicârunt, fæminam hoc ipso gravidam non esse, cùm

gad

raro aut nimirum menstruus fluxus cum
gravido ventre stare soleat.

Hinc prudens Judex, maleficos utrius-
que Sexus per lictores aut lictrices visita-
ri facit, num non forsam rupturis aut alio
morbo correpti sint, specialiter vero Medi-
ci, & Obstetrices de ventre gravido vel non
gravido consulendi sunt; quorum vel qua-
rum juratum judicium Quæstor tutò sequi-
tur, neque imputandum ei est, si abortu fa-
ciet torta, quam Medici, & Obstetrices non
gravidam judicarunt. *Carpz. d. loc. n. 63.*

Ampliatur hæc doctrina, ut etiam pro-
cedat, primò in eâ quæ gravida est ex adul-
terio, vel alio coitu illicito, quia ratio non
cessat, & calamitas matris non debet no-
rere ei qui in ventre est, *L. 5. q. 2. vers.*
nec interest. ff. deß statu bominum.

Secundo in eâ, quæ modò concepit,
propter spem futuræ animæ, & nè embrio-
nem ejiciat.

Tertiò in puerpera, hæc enim intra-
40. dies tormentis interrogari non debet
propter corporis debilitatem, quâ puer-
peræ utcunq; laborant.

Quartò

Quartò in cā quæ partum lactat, nè scilicet infanti per nutrimentum noceatur, ego verò eiusmodi infantibus vel ubera negari, vel eos ubi constitutio, & debilis complexiò desiderat, alienis matribus lactandos tradi posse rectè autumo, quod ita Salisburgi practicatum esse memini.

Vltimò ampliatur, ut fæminæ gravidæ, item puerperæ nè quidem terrori valent, cùm territio in aliquibus idem efficiat quod in aliis tortura realis.

Et hi sunt modi procedendi, quærendi, explorandi, & examinandi Veneficos, modo illo, qui perferrum tandem, & aquam frigidam siebat, protinus climato. *capit. consulusti. 20. causa 2. q. 5.*

Finem quæstionis imponit specialitas interrogatoriorum, quæ non captiosa sint, neque multiplicia, quæ scilicet plura in se puncta continéant, nè simpliciter respondendo videatur utrumque confirmâsse, quorum tamen alterum fortè nunquam commisit. Deinde etiam omnis Suggestio vitanda, aliud enim est quærere, aliud suggerere, aliud est dicere: nunquid tu fidem

Chri-

Christianam abnegasti, & aliud an fidem Christianam abnegasti? placet hic formulam quandam interrogandi annexere.

Primo: Wie Deponentin mit dem Namen / so sie in heiliger Lauff empfan- gen / vnd wie mit dem rechten Zunamen heisse?

Secundo: Wo sie gebürtig / vnd wie alt sie seye? auch ob ihr die Ursach ihres Verhaftts wissent?

Tertio: Wer ihre Eltern vnd was für Befreunde sie habe? regulariter enim Li- beri familiarę & parentum mores sequun- tur.

Quarto: Was Deponentin bewege zu so grosser Gemeinschafft / so sie zu Bertha ihrer Nachbaurin hat? Hoc Jus interro- gandi desumitur ex indicio quarto supra quæstione 7. Scilicet ex familiaritate & commercio.

Quinto: Ob mit wahr daß Bertha eines üblichen beruffs / vnd ein beschreite Zaube- rin seye?

Sexto: Ob sie von derselben einige Künsten / vnd was für eine erlehrt ha- be?

98 Observationes Magicæ

Septimò : Ob nit Titius einer ihrer Nachtbarn / sich vnlängst gegen ihr beklagt, daß ihme einige Ros vmbgesallen / vnd er noch vergleichen kanckes Dich im Stall habe?

Ottavò : Ob nit wahr, daß sie sich erhorten / solchen Umsfall zuwenden / vnd mit ihren Mittlen / dem Buheyl vorzukommen? fundatur hoc jus interrogandi in annexis Superius d. quæst. 7. post indicium octavum, si quis nempè suspectam curationem pollicetur afflitis.

Nonò : Mit was für Mittlen sie dem kancken Dich hette helfen wollen?

Decimò : Von weme sie dije Mittl bekommen / oder erlehrnt habe?

Undecimò : Was sie neulichen in des Titij Ros - Stall gethan / vnd was das ienige gewest / so sie / wie gewisse Leuth gesehen / daselbstn nider / vnd in den Rosbarimb gestraet? fundamentum habet in dicta quæstione indicio 7. videlicet si quis deprehendatur prolicere pulveres in alterius stabulum &c. nota hic media manu in folio 90o vñ 91o obseruacæ,

gica, si quæ reus defodisse asserat, quærenda esse, Carolin. Constitutio artic. 5. 2.

¶ **Duodecim^o:** Ob nit wahr / daß sie Titio einen Dück / daran er gedencfen solle / zu beweisen betrohet? oritur ex minis præcedentibus, uti supra indicio tertio.

¶ **Decimo tertio:** Ob nicht wahr daß Deponentin dergleichen geredet / als liesse sich zu weg bringen/ daß eine Henn / noch eins so viel Eyr / vnd eine Kuh noch eins so viel Milch gebe? movet ita interrogare confessio extrajudicialis, & verba suspecta, vide supra indicio 5. & 6.

¶ **Decimo quart^o:** Von weme sie die Wissenschaft / vnd Zauberer-Kunst habe? Si forte respondet, se vel à Bertha vel ab artium magistro diabolo habere, Quæstor amplius pergit.

¶ **Decimo quint^o:** Was sie dem bösen Feind hingegen thun müssen / in specie ob sie sich deime mit Leib und Seel ergeben? auch wie? vnd mit was für Worten sich mit ihm verbunden habe?

¶ **Decimo sext^o:** Ob sie ait hingegen die H. Dreysfaltigkeit / die Mutter Gottes/

100 Observationes Magicæ

vnd alle Heiligen verlaugnet: oder zu verlaugnen versprochen habe?

Decimo septimo: Was sie zu solchen Absall von Gott vnd Zufall zum leidigen Sathan bewogen habe? in specie ob sie es Gelds / oder Guts wegen / aus Antrieb der Wizucht / oder aus Feindschafft / Hass oder Neyd / so sie wider andere Leut getragen / gethan habe?

Decimo octavo: Ob sie nit die heilige Taufe verlaugnet / vnd anderst getauft worden / von weme / vnd in wessen Nahmen?

Decimo nono: Wer ihr Gott gewest / was ihr dieser für ein Gotten oder Einbünd-Geld verehrt / vnd was sie für einen Nahmen empfangen habe?

Vigesimo: Ob sie nit versprochen / sich von denen Heil. Sacramenten vnd Wort Gottes zu enteuern / die allerheiligste Dreyfaltigkeit zuverachten / dahingegen dem Teuffel als ihren Gott vnd Herrn zuverehren? Nos Romanos Catholici amplius interrogamus, ob sie nit die heilige Hostiam sacrilegè empfangen / diesel-

dieselbe despactirt, gemartert / auch mit sich auff die Heren-Tanz getragen ? wie vnd auff was weise ?

Vigesimo primo : Item ob sie nit gelobt / vnd zugesagt / allen rechten Christen feind / vnd abhold zu seyn / sie zu verleben / vnd selbe gleichfals vnter sein Reich zu bringen ?

Vigesimo secundo : Ob sie auch bey vergleichni heren Tanz / vnd Zusammenkünften gewest / vnd auff was weise sie dahin kommen ?

Vigesimo tertio : Ob sie nicht bey solchen Zusammenkünften dem leidigen Sathan mit Biegung der Knie reverenz erzeigt / ihne angebettet / vnd für ihren Gott vnd Herrn gehalten / dahingegen bey diesem Actu præstirter Pflicht Gott vnd die reine Jungfrau Mariam gelästert / vnd verachtet ?

Vigesimo quartio : Ob ihr nit hingegen der böse Geist / zeitliches Glück / Geld / vnd Gut / Freud vnd Lustbarkeiten / schöne Künsten / vnd Wissenschaften /

vnd nach diesem Leben ewige Glückseligkeit versprochen habe?

Vigesimo quinto: Was darbey weiter passirt, vnd was sie auss ihren Heren Plägen / gessen / vnd getrunken haben?

Vigesimo sexto: Ob / vnd was sie für Spielleut gehabt / auch ob / vnd mit wem sie getanzt?

Vigesimo septimo: Ob sie vnd solchen vermeinten Freuden auch mit einander geredt / oder das silentium gehalten?

Vigesimo octavo: Was nach dem tanzen geschehen / in specie ob sie nicht mit dem leidigen Feind sich fleischlich vermischt / vnd ob sie aus solch teuffischer Vermischung Lustbarkeit empfunden haue?

Vigesimo nono: Wie ihr Wuhler oder Weyschlaff gestalt gewest?

Trigesimo: Ob sie nit zauberische Mittel empfangen / Ungewitter / Regen / Bliz / Donner / Wind / vnd Hagel zu erwecken / oder Vieh vnd Menschen zu tödten / zu erkrümpfen / oder krank zu machen?

Trige-

Trigesimo primo: Ob sie dergleichen Wetter auch würcklich gemacht / was sie für Mittel gebraucht / auch ob / wie / vnd was für Schaden dadurch geschehen sey ?

Trigesimo secundo: Ob sie einige Personen / oder Vieh würcklich bezaubert / getödtet / oder sonst / vnd wie veriezet habe ? Ob sie in Gespannschafft anderer / vnd wessen in die Keller gefahren / den Wein aufgetrunken / oder sonst / vnd auf was weise verderbt habe ?

Trigesimo tertio: Ob sie mit auch andre Personen verführt / vnd in der Zauberrey unterrichtet / wie / vnd was für eine ?

Ne vero putas me interrogaciones istas ex mera cerebrina præsumptione ; nulla firmatas authoritate præscribere a sum esse , non grave tibi sit legete , quæ Joannes Brunemannus in processa inquisitionis cap. 8. & Christoph. Besoldi in thesauro pract. verbo Heren : pag. mibi 386. & 387. de modo examinandi vecinos coascripscrunt.

QVÆSTIO X.

De

Veneficis Confessum maleficium, in Banco Juris, vel ante sententiae executionem revocantibus.

SUMMARIA.

1. *Confessarius non debet suos poenitentes, ad negandum, aut revocandum instruere.*
2. *An revocans crimen absque aliis indiciis in questionem repeti possit?*
3. *Quando fallat?*
4. *Quid si Reus semel confessus semel, & semper revocet?*

Est plerumque veneficis sius familiaris, qui ad negandum & revocandum ipsos instruat promissione liberationis, aut comminatione verberum, uti superius ostendimus, sunt quoque Confessariorum aliqui, qui ex quadam sancta & zelosa simpli-

simplicitate in suis pœnitentibus bonum opus operari putant, si illos ad negandum & revocandum erudiant, quam putativam confessariorum misericordiam Carolina Constitutio artic. 31. & 103. non approbat, sed in pœnitentiarios acrius invehitur. Verba Constitutionis sunt hæc:

Die Beichtväter der Übelthäcer / sollen sie nicht weisen / was sie mit der Wahrheit auf sich selbst / oder andere Personien bekant haben wieder zu langen / dann niemand geziemet / den Übelthätern ihre Bosheit wider gemeinen Nutz vnd frommen Leuthen zu Nachtheil mit Unwahrheit zu bedecken / vnd weiteres Übel stärken zu heissen. Similem magistri diaboli discipulum & nos habuimus, qui morem sui confessi beneficij postremâ hora, quæ executionem præcessit, rotundè revocavit, & hâc sua revocatione inutili pœnitentiarium adeò perplexum, & anxium reddidit, ut pro conservandâ vita sui clientis, verboso sermone de processu summa iniustitia, primò caram me, & dein etiam coram domino

qua^siore, cui examen committebatur, cum indignatione quâdam protestaretur, prætendens indubiam sui clientis innocenciam. At dominus Quæstor vir summæ discretionis, & omni laude dignissimus subridendo zelosum monachum hâc digna responsione dimisit: *Vestra paternitas habeat curam sui Chori, & Breviarii, nobis vero relinquat curam sanguinis.* Et bene neque enim convenit clericis se sacerdotalibus negotiis immiscere, sed credant hi potius dæmonem pro conservatione suorum fidelium omnem mouere lapidem, adeò etiam ut sæpè durissima tormenta veritatem exprimere non sufficient, quid ergo mirum, si in tribunali confessionis, ubi nullus metus aut rigor, veritas reticeatur, & innocentia prætexatur?

2. Si inquam tortus atque confessus factam confessionem, vel ad Bancum Juris, vel saltem ante criminalis sententiæ executionem revocet, videri posset eum in qua^stionem haud esse repetendum, eò quod absque novis indiciis nemo qua^stionibus subiiciendus sit, perclarum tex-
tum

tum in L. unius §. in ea causa 2. ff. de quæst.
 & Ordinatio Carol. artic. 20. sed respon-
 detur regulam illam, ut & iura allegata,
 de eo tantummodo casu loqui, quando
 tortus crimep non est confessus, sed con-
 tinuò in negatione persistit, hic enim,
 quia potentia tormentorum indicia, qui-
 bus gravabatur purgavit, in quæstionem
 non venit repetendus absque novis conie-
 cturis, secùs est in eo, qui delictum iam
 semel confessus est, dat enim ansam novis
 indiciis per ipsam variationem, L de mino-
 re. 10. 2. plurimum. 5. ff. de quæst. de quo
 Carolina Constitutio artic. 57. ita loqui-
 tur: So der Gefangene/ die vor bekante
 Missethat laugnet / vnd doch der Arg-
 wohn/ als vor stehet/ vor Augen wäre/
 soll man ihn widerumb in die Gefäng-
 niss. führen / vnd weiter mit peinlicher
 frag gegen ihme handlen.

3. Excipit tamen Ordinatio Carolina
 unum casum, si videlicet incarceratus in-
 nocentia suæ causas, adeò efficaces & ra-
 tionabiles prætenderet, quibus Judex mo-
 veretur omnino credere confessionem

per errorem factam esse, quo casu incarceratus ad docendum errorem haud dubie admitti deberet, Carolina hic: idem dicendum sit ad probandam nullitatem se tortus offerat, Christoph. Blumacher ad dictam Carolinam, ubi plura de hac nullitate.

4. Quid si autem reus ea, quæ in tortura sæpius repetita fatetur, in ulteriori Constituto ad Bancum Juris, vel ante executionem semper atque semper revo-
cet, quoties tunc erit criminalis quæstio iteranda? Respondetur hic reum tertio quidem torqueri posse, sed non ultra illas tres vices; eò quod infinitum reprobetur à iure maximè in odiosis, & qui ter revo-
cat confessa, non tam criminis conscienc-
tia, quam doloris impatientia confessus
esse videtur. Henricus Zoës. *inff.*

ad tit. de quæst. Anno 65.



QUÆ-

QUÆSTIO XI.

*An, & quomodo, in criminis
debeat constare de corpore
delicti?*

SUMMARIA.

1. Regulariter in criminibus debet constare de corpore delicti.
2. Delicta quedam facti transeuntis, quadam permanentis dicuntur.

I.

PÆnas decernere tum demum convenerit, si de corporibus delictorum legitimè constet, unde nuda reorum confessio non sufficit L. I. q. 17. ff. de quæstionibus. ibi: *Confessiones eorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.* Licet etiam ultro de maleficio fateatur, non nunquam enim aut metu, aut alia de causa in se fatentur L. I. s. si quis ultro 27. ff. codem.

eodem. Quis enim Titium condemnnet si Mævium è medio tulisse dicat, Mævius verò de facto in vivis sit? Quis Titium condemnnet si fortè fassus fuerit se prædi-um Tusculanum ex invidia flammis con-secrasse, Tusculanum verò omnino illæ-sum reperiatur? Quis condemnnet Titiu-m, si pretiosas Mævii vestes contrectâsse & furto surripuisse fateatur, Mævius verò contestetur se vestes illas de facto ha-bere, & nunquam perdidisse?

2. Sed oportet distinguere inter delicta, quædam enim dicuntur facti permanentis, quædam facti transeuntis, facti permanentis dicuntur illa, quæ post se re-linquent vestigium, uti sunt homicidium, furtum &c. Facti transeuntis verò, quæ post se vestigium raro, aut nunquam re-linquent, ut sunt v. g. blasphemia, adul-terium, & omnis alius illicitus coitus, cùm enim in his & similibus delictis a-ctus commissionis regulariter contingat, remotis testibus & arbitris, & nihil relin-quatur ex quo delicti veritas concludi pos-sit, hinc recte consequitur, non de om-nibus

nibus delictis eodem modo constare debere, adeò ut in quibusdam satis sit, si delinquentes vel ipsi fateantur vel de criminis veritate convincantur, Imperator Carolus in Constitutione criminali, artic. 22.

ibi: Dann soll iemand endlich zu peinlicher Straff verurtheilet werden / daß muß aus eignen Bekennen / oder Beweisung geschehen. Inter delicta occulta, seu facti transeuntis rectè connatur Sortilegium, siquidem eius probatio valde difficilis est, labor in veritate investiganda frustraneus, emigrationes Sagarum incertæ, & utcunque mera somnia, motus tempestatum naturaliter possibilis & per se contingens, damna etiam quæ facere aut fecisse putant rarius verificantur, atque sic horum criminis vestigium post se quasi nunquam relinquunt; si ergo Lamiarum criminibus poenæ non aliter decerni possunt, nisi quatenus per aliquod relictum vestigium de corpore constat hoc execrabile crimen utcunque manebit impunitum, & sic impunis erit, qui Eidem Christianam abnegat, qui fœdus

dus init cum diabolo, qui eius nefandâ venere utitur, qui Deum, & Sanctos eius blasphemis & iniuriis confringit, &c. quia nihil horum aliquod vestigium relinquit, cùm autem inconveniens, & legibus tam divinis, quam positivis contrarium sit, eiusmodi gravia peccata impunita relinquere, dicendum omnino est, de Sortilegijs aliter quam per relictâ vestigia constare posse, neque enim criminis confessi certitudo alia requiritur, quam quæ haberi potest, Benedictus Carpzovius part. I. quæst. 49. n. 60. citans pro se Godelmannum, & Danielem Moller, unde in delictis occultis & difficilis probationis sufficit, si de eorundem corpore constet per coniecturas. Prosper Farinacius in erim. lib. I. tit. 1. q. 2. n. 12. Si quidem in his præsumptiva, & coniecturata probatio, pro plena & concludenti habetur, teste Nicolao Boero *decisione* 164. n. 4. ubi dicit, quod probatio, quæ ex pluribus coniecturis resultat evidens sit, adeo ut ad ipsam etiam condemnationem perveniri possit, quamvis autem conie-

Eturæ

Eturæ & præsumptiones ex quibus certi-
tudo maleficii colligi queat, certò defi-
niri non possint, si tamen præter confessio-
nem Sagarum etiam indicia, quorum su-
perius *in questione* 7. mentio fit, vel omnia,
vel saltem vehementiora legitimè proba-
ta, personæ etiam ita moribus constitu-
tæ de quibus maleficium confidenter
præsumi, & denique confessio in se talis
sit, quam aliis & innocens neque scire,
neque ita ex ordine referre possit, nihil
iniquitatis committit Judex, si maleficum
condemnat. Concordat Ordinatio cri-
minalis Carolina artic. 60. in his verbis:
So auff erfundene redliche Anzeigung ei-
ner Missethat halben peinliche Frag für
genommen auch auff Erkäntnuß des Ge-
fragten / sicissige mögliche Erfundigung/
vnd Nachfrage gesewicht / vnd in dersel-
ben benanter That halben solche Warheit
befunden wurde / die kein Unschuldiger
also sagen / vnd wissen kunte / alsdann ist
derselben Bekantnuß vnzweiflicher be-
ständiger weiß zu glauben / vnd nach Ge-

stalt der Sachen peinliche Straß dar-auff zu verurtheilen.

Quid si autem Reus confessionem non liberè, sed tormentis pressus fecerit, poteritne nihilominùs cæteris concurrentibus condemnari? Negativa fundari videatur in hoc, quod talis confessio videatur metu extorta, adeoque ad condemnationem non sufficiens. Sed respondeatur distinguendo, vel enim Reus confessionem exra locum torturæ renovavit, vel non renovavit, si primum: tunc vis & metus omnis purgatus esse, & confessio libera dicitur, & sic cæteris concurrentibus locus est condemnationi,

Godelmannus lib. 3. de Magie

& Veneficis cap. 10.

n. 47.



QUÆ-

QVÆSTIO XII. & Ultima.

De

*Bonis Veneficorum Confi-
scandis, vel non Confi-
scandis.*

S U M M A R I A.

1. Referuntur plurimū opiniones.
2. Opinio Authoris.

I

Inspecto iure communi, ut & criminis
li Ordinatione Carolina Interpretum
etiam explicationibus, quæstio hæc su-
as patitur difficultates, siquidem in L.
nullus. 3. Cod. de Malefic. & Mathemat.
confiscatio bonorum indistinctè dictatur,
idem in Novella 12. cap. 1. econtra in L.
quando. 10. Cod. de bonis proscriptorum
& damnatorum dimidia bonorum cedit
descendentibus videlicet liberis & nepo-
tibus, alterâ dimidiâ Fisco reservatâ.

In Novella. 134. cap. ult. omnis substantia damnatorum tam ascendentibus, quam descendantibus, & quidem usque ad tertium gradum, Fisco vero nihil adiudicatur. in autb. bona damnator.

Cod. de bonis proscriptorum. Hæc dispositio etiam ad collatorales, usque ad tertium gradum extenditur, uxorémque includit. Constitutio Carolina artic. 218. videtur solos liberos, & uxorem ad bona damnati vocare, quod innuere videntur verba sequentia: *Weib vnd Kind
an den Bettelstab / vnd das Gut
dem Herrn zugewiesen werden.*

Interpretes vero distinguunt, ut in maleficiis, quæ cum hæresi iuncta sunt, publicationem admittant, secus si cum hæresi iuncta non sint, alii econtra bonorum publicationem maleficis pœnitentiibus remittunt, uti videre est apud Andrew Fachinæum lib. 9. cap. 87.

Alii denique pœnam bonorum confiscationis indistinctè sublatam putant, exceptis solùm criminibus Maiestatis, & hæresecos, vocantes ad damnatorum bona

na non tantum tertio, sed remotiori gradu coniunctos, quod sanè approbare non ausim, saltem insistendo iuri communi, cùm in ipsa etiam Authentica bona damnatorum: quæ tamen in hoc passu reliquarum legum correctoria, & derogatoria est, illo saltem casu confiscationem probat, quando neque ascendentes, neque descendentes, aut collaterales usque ad tertium gradum, neque legitima iuxor suspersunt, verba Authenticæ sunt hæc: *Sed si neminem prædictorum habent, qui deliquerunt, eorum bona Fisco sociantur.*

2. Hinc ego cum Christophoro Beſoldo in praet. crim. verbo Heren: rigorem hunc ex Christianâ Charitate hâc ratione temperandum esse existimo, ut primò expensæ iudiciales desumantur ex bonis damnati malefici, ita ut inopum sumptus Magistratus non ferat: Secundò: Ut descendantibus nihil adimitatur. Tertiò: ut coniugibus spes successionibus salva sit. Quartò: Ascendentibus verò saltem ea relinquuntur, quæ ab ipsis provenierunt. Et denique quintò: Ut fiscus

118 *Observationes Magicae*,
collateralibus, qui remotiori, quam ter-
tio gradu coniuncti sunt, om-
nino præferatur.

INDIVIDVÆ TRINITATI, DEO
PIO PATRÌ FILIO VNIGE-
NITO ET SPIRITVI
SANCTO.



